



BIBLIOTHECA  
UNIV. JAGELL.  
CRACOVENSIS

kat. komp.

180379

I


Mag. St. Dr.

G

N<sup>o</sup> 544.

I.


VII 2.



Ladislavus et Josephus  
Comites Michałowski  
Dobrzechów.

180379

I





I  
SC  
S  
T  
C  
D  
SU  
AD  
Sub  
C  
R  
ac T

DELICIAE  
CÆLESTES,

P R O

SOCIETATE SERAPHICA

*Honoris Continui,*

SANCTISSIMÆ  
TRINITATIS

ex

*Devotis Orationibus: Pijs Affectibus, Asceticis Me-  
ditationibus: Necessarijs Informationibus: At-  
tributis Divinis singularibus.*

A D

PERFECTIONEM VITÆ  
COLLECTÆ,

*Et in Dies singulos Septimanæ*

DISPOSITÆ.

SUMPTU ILLUSTRISSIMI DOMINI


ADAMI LENKIEWICZ

Sub-Dapiferi & Mareschalli Judiciorum

Capturalium Districtus Mozyrensis.

REIMPRESSÆ.

Annō Domini 1764.



BERDIZOVIAE

In Typographia Fortalitij B. V. MARIÆ  
cum Privilegio S. R. Majestatis.




180379  
I

Przedziwny Wizerunek Obrazu N.P. MARI Cudami Slynqcey  
w Murawcach w. Osacie Soc. IESU. w Powiecie Mozyrskim.  
I. Pilius niez sculp.



1927 4. 28

180379  
I



Ad DEIPARAM  
IN ECCLESIA JUROVICENSI  
Patrum Societatis JESU  
GRATIOSISSIMAM  
DEDICATORIA SUPPLICATIO.



**A**ugustissima Celi Terrarum-  
que Domina Salvatoris no-  
stri Genitrix. Integrum  
prope adimplebitur Secu-  
lum, ut admirabili quodam  
Divinae Providentiae Dono,  
illata Districtui nostro Mozyrensi in Tua  
Icône, illis inter Jurovicenses colles sub  
Nativitatis Tuae Titulo resplendes gratiis;  
à quibus, omnibus omnino nobis emortuae  
spes nostrae animantur; atque fortunatis-  
sime desperatarum rerum eventus renascun-  
tur. Recenseat singulos qui perficiendo  
hoc operi (si opus hoc admirabilibus  
Tuis Gratiis recensendis sufficiet) parem se  
futurum fore arbitrabitur. Mei esse of-  
ficii, continuo Prodigijs Tui erga nos Pa-  
trium visu & usu didici; non inenarra-

A2 bilia

bilia prædicare, non Immensum Gratiarum  
Tuarum, exiguis hujusce folii marginibus  
claudere; sed omnimodæ gratitudinis stu-  
dium iisdem exhibendo, in perniciosissima hac  
Regno nostro suo Patre orbato tempestate,  
nostram rerumquæ nostrarum securitatem.  
Tutelam, & Præsidium à Potentissimo Tuo  
Patrocinio deprecari. Istud ego depreca-  
tionis genus ut exhibeam, Cælestium Deli-  
ciarum reimpressionem Honori Tuo Glori-  
osissima DEI Genitrix offero suppliciter; ut  
exhibere audeam, facit id non singulari  
tantum votum quò adstringor, sed in vio-  
lata Sanctissimarum quarundam legum  
observatio. Nam si supremi Cælorum Ter-  
ræquæ Moderatoris statuta respexero; quid  
evidentius? quid clarius? quid hoc effa-  
cto verius? quod omnia nos habere DEUS  
statuit per MARIAM. Si Tua ipsius san-  
cita memoravero; Tuum est utiquæ cle-  
mentissimum illud mandatum, quo in si-  
mili olim Regni nostri statu LAUREN-  
TIO GEBICKI Primati pro tunc nostro  
Reginam Poloniae, id est unicum nostrum  
Refugium, compellendam te esse prodigiosè  
imperasti. Leges deniquæ Patrias si addu-  
xero? Ut antiquiora documenta præte-  
ream,

ream,  
nos h  
Sancti  
nostri  
clesias  
sentissim  
cum in  
dam pro  
rendum  
suetudo  
THEO  
TIÆ  
viensis  
zyrensis  
cujusdam  
uberibus  
legem qu  
didi, qu  
numerof  
nostro M  
ad Thau  
ducere,  
(a) Om  
Constitut  
re possit iis  
(b) Rega  
(c) Regn  
nactionem  
verum etia  
mandati ex C

ream, vim Legis apud clientes Tuos Polonos habet, recentissimum Iustissimum (a) Sanctissimumque (b) illud Primatis hodie nostri LADISLAI ŁUBIENSKI, per Ecclesias promulgatum edictum, quò in præsentissimis rerum nostrarum periculis unicum in Misericordie Tue sinu summa quadam providentia & autoritate (c) quaerendum esse presidium demandavit. Consuetudo tandem Progenitorum meorum THEOPHILI scilicet & CONSTANTIÆ de Stepkowskie Castellani Braclaviensis Filie Notariorum Terrestrium Mozyrensiū LENKIEWICZE, inviolate cujusdam legis robore me adstrinxit. Ab uberibus quippe illorum suxi, atq; ideo in legem quodammodo naturæ abiisse mihi credidi, quotannis Sacris Natali Tuo Diebus, numerosissimo clientum Tuorum ex districtu nostro Mozyrensi comitatui præire, pedites ad Thaumaturgas Tuas Jurovicenses aras ducere, subditatus nostri tributum Tibi red-

A3 dere,

(a) Omnis namq; Pontifex ex hominibus assumptus constituitur in iis quæ sunt ad DEUM &c. ut condoleat posse iis qui ignorant & errant. Ad Hebr. Cap. 4.  
 (b) Regale Sacerdotium Gens Sancta. 1. Petr. C. p. 2.  
 (c) Regni Primas ac primus Princeps, non solum Jurisdictionem habet in universum in Regno Clerum &c. verum etiam summam in consiliis auctoritatem. Zu- wadzki ecc Constit: Reg: in Summula Legum.

dere, vota fundere supplicare. Istis ego  
millenisquè aliis inflammatus stimulis, sup-  
plicationis loco reimpressionem hujus operis,  
Thaumaturgis Tuis Jurovicensibus aris  
corde immolo ardentissimo. Arbitratus Re-  
ginam Celorum nihilo magis, quàm Cele-  
stibus deliciis, hocce in opere propositis, mo-  
veri posse, placari, delectari. Respicè ita-  
què benignissimo vultu, Clementissima Do-  
mina hoc munusculum. Supplicantium  
Tibi in illo Populorum vota suscipe; Or-  
batis Patre Filiis Patrocinare, destituto.  
viribus corroborata, clamantibus ex lachry-  
marum valle Advocata subveni, Populum  
Tuum Regina non desere. Ac tandem  
(quod summa votorum est) mihi atquè tu-  
is in meo committatu clientibus, illis in via  
& termino adesto presidis, quibus munitus,  
in utraque Patria Terrestri scilicet, tan-  
dem Celesti, totus sim Tuus, nullus meus.  
id est, perpetuo amoris & subditatus vin-  
culo Tibi Tuoque Filio Salvatori meo man-  
cipatus.

ADAMUS LENKIEWICZ  
Sub-Dapifer & Mareschalcus Ju-  
dicatorum Capturalium Distri-  
ctus Mozyrensis.

Ad

## Ad LECTOREM

**J**Nter terrestres misérias hac potissimum  
interregni tempestate rebus Regnoquè  
nostro gravissimas, nisi subsidium Cælestes  
ferant deliciae, nemo est qui non desperatam  
rerum nostrarum meliorem Fortunam per-  
sentiscat. Ista ego contra acerbissimos hu-  
manarum angustiarum insultus auxiliares  
copias, istas Deliciarum conscriptas Phalan-  
ges, olim in publicam lucem adductas, tan-  
dem per edax rerum tempus consumptas,  
atquè in Bibliopolarum monopolis, (quod  
solerti studio didici) extinctas, in unico fe-  
rè hoc quod manus meæ continuo usu at-  
terunt exemplari sepultas, eo verò semper  
optabiliores, quò usitatiores, in lucem publi-  
cam meis sumptibus reinducere, illo non  
dubitavi animo; quo Te amice Lector ac-  
cepturum easdem haud dubito. Auxiliares  
copiæ sunt, Sanctioris mentis aciem illis ape-  
ri, Deliciæ sunt, corde complectere, Cælos  
penetrant; ad conciliandam Tibi inter Cæ-  
lites felicissimam immortalemquè vitam illis  
utere. Interim in terris etiam inter com-  
munia mortalibus infortunia, earundem de-  
liciarum munitus præsidio vive felicissimus.  
Ubi tamen de dulcedine illarum delibaveris,  
mihi quoquè precare similia. Id est mei  
quoquè peccatoris vive non immemor. Vo-  
vet & orat restitutarum publicæ luci præfa-  
tarum deliciarum Author.



# INFORMATIO

Orantibus utilissima, & omnino necessaria.



**O**Ratio nihil aliud est, quam locutio cum petitione. Ad hanc tria desiderantur. Considerare ad quem dirigitur? Quomodo? & in qua occasione. Si ad digniorem, quò excellentiorem, eò major ipsi debetur ex dignitate observantia. Si accedis hominem cum affectu, submissione, veneratione, timore, munde, compite, & primo recolletus quem accedis, si non est tibi insensus, an iam reconciliatus sit? loco gratiæ ne offendatur. Eo magis, si tibi irascitur non audes: Si reconciliatus? modeste loqueris, tuamq; proponis sine molestia, non girando, à proposito non recedendo, cum alijs non discurrando, neq; distractus quidpiam aliud agendo, quo potius hic ledere-tur, &

tur, et  
petitione  
timere  
ponit.  
tius t  
vibus,  
quã sa  
student  
ne, DL  
tibi in  
state,  
tur am  
times,  
Magn  
tantum  
tibi in  
manit  
coram  
& pro  
ter, se  
more,  
tuend  
oras h  
cultu  
Sanct  
ctus  
& tot  
lem su  
practi

tur, & ille uti levis repudiaretur. Ultimo autem petitionem attende: an digna & possibilia velis obtinere: nam habere non vult, qui impossibilia proponit. Unde, si iudicare petita tua non vales, satius te illius gratie & voluntati committas: Breuibus, Catholico Politicam habes Informationem, quâ seculares erga Dominos suos pro temporalibus student continuo. Considera Christiane, serue bone, DEI Fili; oras? coram quo? coram DEO iam tibi inequali, quia suâ Dignitate, Majestate, Potestate, Virtute, perfectioneq; totam prævalet Creaturam. Hic est, qui est. Observas, Veneraris, times, nescis an per se an per alios sis accessurus Magni Nominis Mundi homines, licet ad præsens tantum Dignitate, loco, superioritate, Divitijs &c. tibi impares, pares tamen nunc, & posthac Humanitate, respectu Creationis Divinæ? Quomodo coram ipso DEO Creatore, Verissimo Domino, & prima supra te potestate tua, audacter, confidenter, sine recollectione, leviter, inconsideratè, sine timore, & reverentia, quod maximum est, non metuendo penas Iudicis comparebis? Hic est (dum oras hoc pro certò scias) coram quo, nihil est occultum, coram cuius Nomine Angeli, & Omnes Sancti in facies procidunt, Sanctus, Sanctus, Sanctus incessabili proclamant voce: Infernus pavet, & tota adorat eum Creatura. Potes tibi æqualem submissione, secretisq; subtilitatis, simulationibus practicis, mundi arcanis decipere. Nequaquam

DEUM

DEUM? qui minima cordis, mentisq; tuæ arcana perfectiùs scit, quàm tu novisti: Ideò, quod ipsum nunc hisce oculis non cernas, felicem te eò scias, videndo ejus Majestatem, dignitatem, Virtutem. Sapientiam, & Potestatem; tuamq; nihilitatem, confusus nihil dicere auderes. Ipsius est Bonitatis tibi hæc dare media, quibus, eo non viso, confidenter eum possis alloqui, qui insuper cum sit DEUS & tam terribilis, tamen non DEUM, sed Patrem se à nobis Nominari mandat, certificando, si Pater Terrestris Filio suo esurienti loco Panis daret scorpionem, hoc ille verus Cælestis Pater nunquam facturum sit. Unde dum accedis ad Orationem. Primò recogita presentem te esse, coram presenti DEO, cum tua petitione. Ades ei qui singulariter nunc te videt, ac si solus esses in Mundo; videt & cognoscit Te Oculo, quo & se ipsum penetrat. Et sic tibi diligentissimè, omniaq; attendit, sicut ille verus Parens, qui aliquid vult Filio suo testari boni. Tamen, priusquam incipias cum DEO loqui; etiamsi purus sis Conscientia: sed quia perfectiùs DEUS scit Imperfectiones nostras, ideò cum profunda humilitate, vera Contritione, cum Publicano percutias pectus tuum, pete veniam; post hæc saltem mente Deitati fac adorationem, non sibi confidendo sed gratiæ Divinæ, & cum vera fide & affectu ora, & quid velis pete, eo addito, ne sit secundum tuam, sed illius voluntatem: siquidem perfectiùs scit, quid nobis sit proficuum.

## INFORMATIO.

4

cum. Nostrum verò sapissimè fallitur velle, & si aliquando petitionibus nostris coactus permittit. periculosum est, quia rarò nobis proficuum. Dixi integrâ fide orandum: siquidem DEUS parvæ fidei increpat, & punit, orantesq; in fide per JESUM Christum affecurat: Omnia, quidquid orando petitis, credatis, quia obtinebitis, tunc fiet vobis. Marc. II. Et hoc accidit dum oras, alijs cogitationibus Diabolus impedit, ut à Præsentiâ Divinâ; quâ mens tua delectatur, recedas. Ne turberis, videt, & scit DEUS imperfectiones tuas. Contra hæc efficacissimum est medium; ante preces habendum firmissimum propositum, cum perfectâ devotione, sincero affectû, & amore erga DEUM expediendas esse preces, & ea perfectionis Intentione, quæ à te debetur. In cuius finem habes infra connotatam Methodum quotidie in Exordio preceationum summo affectu recitandam, si verò quid contrarij evenerit tibi abrenuntia. Et sic voluntate tua sufficies DEO. Cum verò variæ variorum sint devotiones, varia etiam conqui- renda sunt media: Alij acens erga DEUM, Angelicè quasi loquuntur cum DEO, meditationibus suis profundis; & sic illa contemplatione elevati sola speculatione devotâ, acsi visione beatificata in ipso DEO delectantur. Ejus Omnipotentiam Bonitatem, Sapientiam, &c. recogitando deprædicant. Et hæc est perfectissima Devotio, & vera cum DEO unio. Alij Psalterium, Rosaria, Coronas, & va-  
ria

ria habent officia. Reliqui, quos ipse Christus Dominus laudat docetq̄. Et Orantes ne sitis multiloqui, siquidem scit Pater vester in Cælis, quo indigeatis priusquam vos petatis, Matthæi 6. Sunt, qui unâ Oratione Dominicâ vel aliquot Orationibus cum Meditatione, & bonâ reflexione, & sine distractione absolvunt suas devotiones, quæ idè hoc in libello pro qualibet die per septimanam sunt connotatæ. Isti qui ex obligatione habent multas Preces, sicut sunt Monachi, Religiosi, Sacerdotes, Monialesq̄, vel qui spontè ad multas Orationes obligantur: laudabile, modo sit perfectum. Siquidem facilius Diabolus eos qui longa Devotione occupantur multis cogitationibus insinuat impedit. Sed & his non deest medium, saltè ante preces, habenda pura Intentio orandi. Animadversa verò distractione, iterum erga DEUM excita affectum, mentemque tuam: & pro tunc ex Psalmo, vel Oratione, sume aliquod verbum, & exercita, revocaque tuam Devotionem. Ad extremum, cave, finitis tuis Precibus, & recordare, cum qua Devotione, Veneratione, Timore; Amore & Affectu accessisti ad Orandum, similiter, tanquam à Præsentia Divina est recedendum; ac si ipse cum illo loquaris, cum vera tamen, fide, & spe ea que petis, obtinendi. & cum delectatione, quid loquaris cum Domino Tuo.

INFORMATIO.  
O R A T I O  
*Ante Devotionem.*

6

**O**Mnipotens æterne DEUS propter Scelera mea, & ex nihilitate mea, non tantum quid mihi à Te est petendum, sed neq; comparandum. Coram te Cælestes spiritus, cum timore stant, ego verò in iniquitatibus conceptus, pulvis, terra. Vermis, coram te Creatore; quod magis coram Iudice, reus, quomodo me sistam? sed quid sum facturus? quo me aliundè vertam: Confiteor peccata mea. Tibi soli peccavi, & malum coram te feci, miserere mei, doleo sincerè, eo magis doleo, dum tanquam canis ad vomitum ad mea peccata redeo. Ah! miser sum & Publicanus in spem tantum misericordix & bonitatis tuæ pecco! En procido coram Tua Majestate, contrito corde, humiliter supplicando Misericordix Tuæ. Ecce peccavi pessimus ut Homo, Tu dimitte Bone DEUS, & Misericors, siquidem non vis mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat. Major est Misericordia Tua, (cujus spe ne peccem averrat DEUS) quam delicta mea: plus Tu potes dimittere, quam ego peccare. Et quia non sum dignus gratiæ Tuæ, respice in Faciem, & Passionem Filij Tui JESU Christi, Sanguine Ejus munda me singulariter nunc, dum

dum tecum sum locuturus, ut possim Te verè adorare, & magnificare, & juxta Tuum velle hoc NN. obtinere saltem prout & ipse cernis Domine perfectiùs imperfectiones meas, si non sufficiam proposito meo vera Devotione, vel potius obligatione Tibi á me DEO Domino Creatori & Benefactori meo debita. Tibi soli supplico, suscipe hanc meam Intentionem, verissimum velle, & ineffabile desiderium quo ipso soles contentari, quia volo, & desidero, quàm perfectissimè præsentem, & quamlibet Devotionem absolvere, & idè coram Te. Cælo, Terra, & universa Creaturâ Tua protestor. Hanc meam voluntatem perfectio Tua adimpleat per Nomen JESU Christi Filii Tui, per quod omnia nos obtenturos promifisti, indignus quæso, & verâ fide, firma spe, In Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti incipio. *Et incipiendæ sunt preces tuæ solita, vel quæ placebunt.*

## I N T E N T I O

*Quid est.*

**Q**uia Intentio omnium Actionum, est verum Principium & effectus, sine quo acti memoriter & sine ratione agitur. Ideoque Hebdomadæ Devotio sic incipi debet. Sed Intentio Bona, debet esse deliberata, vera non ficta, cum immutabili voluntate, & sincera ejus erga DEUM resignatione, curâ,

curâ, bono proposito, hoc est, non tantum, modò recites, & verba dicas, sed ut scias & sis memor quid legas, dicturusque, saltem incipiendo hanc Intentionem habeas, & firmum propositum eâ perfectione absolvere, quâ debetur, siquidem Intentio stat pro facto.

## I N T E N T I O

*Cujuslibet Septimanæ.*

**D**esidero Domine, etiamsi abjectissimus sim, ut Te similitudine Sanctorum Tuorum qui Tuâ visione beatificâ fruuntur possim sine intermissione, laudare, Te amare, de Te cogitare. Desidero, ut quævis mea per hanc diem, (vel hebdomadam) suspiria, & per totam vitam meam, modò sint ad Te solum. Volo, ut totum hoc tibi seruiat, quidquid facio, dico, & cogito. Volo ut animæ & corporis mei omnis actio, nutus, & momenta vitæ meæ, nihil aliud sint, nihil aliud spirent, modò, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus DEUS Sabaoth.* Desidero, ut semper cor meum, anima, oculi, aures, lingua, manus, pedes, nervi, sanguis, ossa, integrum corpus meum, & omnia quæ intra, & extra me sunt, ex mea facultate adorent Te, Te ament, glorificent, benedicant Tibi, Te desiderent. Et quoniam vitæ nostræ imperfectiones, minùs permittunt ut expediat perficere cum honore & beneplacito  
Tuo.

Tuo. Ideo cum gratia Tua & in Nomine  
 Tuo tale mecum pro semper constituo pa-  
 ctum. Quoties ore vel mente hac hebdo-  
 mada dicam, vel cogitabo *Nomen Tuum*, to-  
 ties volo omnes laudes quas ab omnibus  
 Creaturis habuisti, & habiturus sis, quas Ti-  
 bi tribuit Sacra Scriptura, Angeli, & Sancti  
 Cælestes, quas Beatissima MARIA Virgo, &  
 humanitas JESU Christi, quibus Te laudare  
 possent, infiniti mundi creati, hæc & alia  
 quæ mente capi possunt, & à Te ipso sunt  
 comprehensa, offero Tibi: toties amo Te,  
 & amare desidero amore Te digno, amore  
 completo, amore eorum qui Te non amant,  
 ut sunt Damnati, & qui non creabuntur:  
 toties desidero congregare omnes amores  
 cordi meo, quasi in æternum amaberis in  
 Cælo. Quoties aliquam faciam mortificati-  
 onem, quoties tentationes superabo, toties  
 offero Tibi omnes labores, amaritudines,  
 mortificationes Religiosorum, omnia Mar-  
 tyria, Sanguinis pro Te perfusiones, eo, ut  
 si Tibi placuerit ad majorem laudem Tuam  
 hæc omnia amore Tui libentissimè sustine-  
 rem & adimplerem. Quoties mi DEUS ad  
 Te suspirabo ore, vel corde dicam. *Mi DE-  
 US Adoro Te*, mens mea est, hanc Tibi lau-  
 dem tribuere, quæ soli Tuæ debetur Deitati;  
 & hoc est Nomine totius Creaturæ tuæ  
 quæ

quæ est, fuit, erit, & esse potest hoc in loco, & ubiq; nunc & semper. O DEUS! sis Benedictus, & ideò magno Nomini Tuo attribuo Omnes totius integræ aternitatis, magnitudines, laudes, & benedictiones Theauri Tui, ut sunt & erunt in ore & corde Angelorum, & omnium Electorum Tuorum, & in ore cordeq; ipsius JESU & MARIÆ; sapiùs ad Te clamabit cor, & lingua mea. O Bonitas! cur Te offendi? Doleo quod aliquando omiserim, minimum momentum quo Te non amassem, Doleo quod ab aliquo sis offensus vel fueris. Insuper, condoleo Tibi mi DEUS non tantùmmodo ex minima aliqua commotione Interna, & externa Animi mei cordis, corporisq; mei ex omni, tam dormientis, quàm vigilantis spiratione, sed ex omni & singulari quæ est, & esse potest creaturæ vegetatione, ex omnibus Electorum Tuorum Actionibus, quæ vellem omni meæ Actioni copulare, illis Te collaudare, ne sit ulla Actio mea; quæ non conformetur Laudi Tux. Et dùm agnosco Imperfectionem meam ut sit hæc Intentio mea apud Te perfecta in toto. Ideò adjungo ei merita vitæ & Passionis Domini nostri JESU Christi, Sanguine madida, in corde recondita, manibus benedicta copulo, & cùm omnibus pænitentibus, cùm omni-

bus lachrymis JESU Christi cum meritis B. V. MARIÆ, & Omnium Sanctorum Tuorum Ad extremum cum Infinita, & incomprehensibili Bonitate & Misericordia Tua. E hæc omnia Majestati Tuæ Divinæ in satisfactionem puræ Intentionis meæ, Tibi placendi offero ad laudem & honorem Tuum ex amore, in gratiarum Actionem & Gaudium Cordis B. MARIÆ V. & Omnium Sanctorum, in Consecutionem DEI gratiæ. N. N. In remissionem peccatorum, afflictionem veræ Contritionis, Infirmis, sanitatis, in tentationibus auxiliij, militantibus Victoriæ, omnibus à me auxiliium expectantibus effectus, Benefactoribus, Amicis, Consanguineis meis, Benedictionis, inimicis veniæ, Agonizantibus in Fide constantiæ, fidelibus Defunctis salutis æternæ, Amen.



DEVO-


  
**DEVOTIO**  
**DIE DOMINICO**  
**Laus DEO, ex ipso Solo est**  
**perfectissima.**

**I**lle est perfectissimus primus, & Ver-  
 rissimus Actus Honoris Divini, lau-  
 dare Eum ex ipso solo, ex Ipsius At-  
 tributis, proprietate, & Perfectione,  
 si ipsum laudas ex Creatione & in-  
 comprehensibilibus ejus Actionibus, & ex his omni-  
 bus in quibus habes Tuam complacentiam & con-  
 tentationem, licet hæc sunt modo superficialia Boni-  
 tatis, & Perfectionis Ejus, certè dignum & justum  
 sed dum laudatur ex se ipso & Ejus Attributis,  
 hæc Laus est verissima, non productis illis ab illo  
 nunquam producente Actionibus, sed Ipsi Soli eorum  
 auctori actionum, & primæ omnium Cause atten-  
 dus & sine respectu alicujus sensûs, lucri, soli Di-  
 vino Honori serviens. Quis verò eorum saluta-  
 fructus? DEUM semper præ oculis habere?  
 DEUM in mente, DEUM in corde, DEUM co-  
 m se præsentem, & quis est eo felicior? Incipis  
 quæ inchoare felix anima & devota, cum DEO  
 tuo, Duce Tuo, Principio & Fine, hoc in seculo  
 conversari, ut in ea felicitate æterna permane-  
 re. Qualemcunq; incipies Devotionem sive pium  
 Actum, DEO gratias age, quòd tibi hanc dederit

gratiam, & lauda Eum ex ejus Bonitate & perfectione; sunt varij modi Precum, tamen perfectissimus Oratio Dominica, quæ per ipsum Filium DEI est instituta.

## De EXCELLENTIA

Orationis Dominicæ.

**E**Xcellentia & Dignitas Orationis Dominicæ per se præ omnibus est. Habet splendorem, auctoritatem, & valorem, quod sit ejus author Ipse Christus Dominus DEUS & Homo. Brevis est Devotio, sed verè mirabilia in ea arcana perfectionis, tota Sapientia, parvum compendium, modum quid volueris à DEO obtinendi. Inde est efficacissimum assequendi medium, cum impossibile, quod DEUS Pater non factururus sit ad Intentionem & Informationem cum assecuratione obtinendi Filii sui in quo Ipse totum complacuit. Mirabilia habet amoris Incendia in quolibet verbo. Et quid quid esse potest Devotionum, precum, Orationum Meditationum, omnium gratiarum, virtutum, totum in Oratione Dominica Invenies. Ecce compendium pro qualibet Die Hebdomadæ habes, sed devota anima plura potest addere. Modum propono cum assecuratione. Devotione tali, nihil est Sanctius, nihil perfectius, nihil jucundius. Probat modò sic breviter & attente, præcaveo, & queso, utiq; est Compendiosa Devotio ut dixi: quam dum expedies, eo tempore cogitationes omnes remove, & præ oculis, mente & vera fide habe Præsentiam

Sentiam  
dic unu  
meditat  
gratia  
efficacione  
ctione, q  
votione  
unicuiq;  
multas p  
pus, etia  
postro, v  
nicam s  
ribus; s  
mando A  
JN  
ante r  
Coro  
H Abe  
Tu  
firnam  
sed qui  
mare,  
liquas  
tiones,  
lectione  
x terra  
duoties

sentiam DEI, quod verè sis præsens coram illo, & dic unum Pater noster, brevi vel tali erga DEUM meditatione & puro Ejus amore. Assécuro te in gratia DEI unam talem Orationem Dominicam efficaciorè fere, quàm plures preces cum distractione, quæ omninò & persèpè ex longa nimis Devotione evenit. Quid verius dicam, expediret unicuiq; Catholico, in vim Domini, licet sit ad multas preces Devotiones, obligatus eligere sibi tempus, etiam minimum; & omninò, se cogere, infra posito, vel ei simili modo, unam Orationem Dominicam semotis pro tunc omnibus cogitationibus operibusq; secularibus absolvere, quod Devotæ recomendo *Anime*.

## INTENTIO NECESSARIA

Ante recitandas preces, singulariter Rosarium Coronas, & reliquas, in quibus continetur.

Pater noster, & Ave Maria.

**H**abemus ô Bone DEUS expressam Filij Tui Domini nostri JESU Christi doctrinam, dum oramus, ne simus multiloqui, sed quia anima mea continuò, Te laudare, & prædicare desiderat. Idèòq; si aliquas in hac Devotione habuerim distractiones, nec eâ quâ debeo expedirem peroratione, nunc coram Te Ipso, coram Cælo, & terra, & omni Creatura Tua protestor. Quoties Corde, vel Ore dixero. Pater no-

*ster qui es in Cælis*, toties Te esse DEUM Creatorem qui nos habes adoptivos Filios Tuos, Te esse Providentiam, Panem, Grati- am, Amorem, Redemptionem & Salvato- rem meum Credo.

Quoties Corde & ore dixerò. *Sanctifica- tur Nomen Tuum*. Sit Laus Honor & glori- propria Divinitati Tux, à me & ab omni creatura Tua.

Quoties Corde vel ore dixerò. *Advenia Regnum Tuum*, toties Tuam Potentiam, & absolutam facultatem in Cælo, Terra, Mar- Aëre, etiam in Inferno, & omnia Divinita- tis Tux attributa agnosco esse.

Quoties Corde vel ore dixerò. *Fiat vo- luntas Tua sicut in Cælo & in Terra*, toties cum plenissima resignatione absolutæ Tux vo- luntati me Tibi do, dono, ac dedico, nec E- quidquam recusare volo, tam respectu præ- sentis, quàm futuræ æternæ vitæ meæ, mo- dò sit in gratia Tua.

Quoties Corde vel ore dixerò. *Panem no- strum quotidianum da nobis hodie*, toties ex Tu- Divina Providentia, non cura vel sollicitu- dine mea, in corpore & anima vivere de- fidero.

Quoties Corde vel ore dixerò. *Et dimit- te nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus de- bitoribus nostris*, toties doleo pro omnibus peccatis

pecc  
pedi  
mittas  
bi pal  
posten  
mitto.  
Sacram  
Quo  
inducas  
mè m  
omnes  
ria, y  
imò d  
Quo  
nos à  
quia T  
fender  
ma, co  
Quo  
ries in  
sti, &  
perfec  
fidero.  
Quo  
nem A  
& Mag  
rabilia  
bi acce  
gratia

peccatis meis & veram Contritionem, ut expedit exequi volo, & ideò, ut sic mihi dimittas debita mea, sicut ego sincerè nihil sibi passionum neq; vindictæ pro tunc & in posterum reseruando, debitoribus meis dimitto, & habeo intentionem Confessionis Sacramentalis.

Quoties Corde vel ore dixero. *Et ne nos inducas intantationem*, toties supplico humillimè misericordiæ Tuæ, & volo esse contra omnes tentationes: & si mihi essent contraria, vel nocerent, quia illis, non consentio, imò detestor, abrenuntio, protestorque.

Quoties Corde vel ore dixero. *Sed libera nos à malo*, toties invoco auxilium Tuum, quia Tu solus es, qui me ab omni malo defendere, & eliberare perfectè potes in Anima, corpore, & omnibus nunc & semper.

Quoties Corde vel ore dixero. *Amen*, toties in Nomine Tuo, Filij Tui JESU Christi, & Spiritûs Sancti omnia vota adimplere perfectè, & obtinere cum voluntate Tua desidero.

Quoties Corde vel ore dixero. *Salutationem Angelicam ad B. M. V.* toties Confiteor & Magnifico potentiam, Bonitatem, & Mirabilia opera Tua circa Incarnationem Verbi æterni JESU Christi, & veneror B. M. V. gratiæ Tuæ plenam, sicut ipsam sibi elegisti &

sti & manere vis illam in æternum. Et hæc omnia ea perfectione sicut expedit, & Tibi mi DEUS debetur sine omni distractione, sed plena voluntate & effectu, sicut omnes Sancti exequabantur, exequi desidero. Hanc itaq; veram Intentionem, & firmum propositum meum suscipe ô Domine, & omnes Imperfectiones meas, Perfectione Tua Divinâ supple, in Nomine Filij Tui Domini nostri JESU Christi, Amen.

## ORATIO DOMINICA,

*Ex Sancto Paulo.*

*Pater noster qui es in Cælis.*

**B**enedictus DEUS & Pater Domini nostri JESU Christi, Pater misericordiarum & DEUS totius Consolationis (a) qui prædestinasti nos in adoptionem Filiorum per JESUM Christum, (b) Solus habens Immortalitatem, & lucem habitans inaccessibilem, (c) cum gaudio gratias agimus Tibi qui dignos nos fecisti, in partem fortis Sanctorum in lumine, (d) Non enim accepimus spiritum servitutis, iterum in timore, sed accepimus spiritum adoptionis Filiorum, in quo clamamus Abba Pater. Ipse enim Spiritus Testimonium reddit spiritui nostro quod sumus Filij DEI, si autem Filij?  
& hæc.

& hæredes; hæredes, quidem DEI, Cohæredes autem Christi (e)

(a) 2. *Corinth.*: 1. (b) *Ephes.*: 1. (c) 1. *Timor.*: 6.  
(d) *Coloss.*: 1. (e) *Rom.*: 8.

1. *Sanctificetur Nomen Tuum.*

**D**A, ut Imitatores Tui simus, sicut Filij charissimi (a) & ut Filij lucis ambulemus, in omni iustitia, Bonitate, & Veritate, probantes quid sit beneplacitum Tibi, nec communicemus operibus infructuosis tenebrarum, (b) Ne Nomen Tuum per nos blasphemetur inter Gentes, (c) Dignè Euangelio Christi conservemur, (d) ut simus sine quærela & simplices Filij Tui, sine reprehensione, in medio Nationis Praux, & perversæ, tanquam Luminaria in Mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam Tuam, in die Christi, (e) ut ambulemus dignè DEO per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia DEI, (f) da, ut sive manducamus, sive bibimus, sive aliud quid facimus, omnia in gloriam Tuam faciamus. (g)

(a) *Ephes.*: 5. (b) *Ephes.*: 5. (c) *Roman.*: 2. (d) *Philip.*: 1. (e) *Philip.*: 2. (f) *Col.*: 1. (g) 1. *Cor.*: 10.

2. *Adveniat Regnum Tuum.*

**Q**uia Caro & Sanguinis Regnum DEI possidere non possint (a) hinc flectimus genua nostra ad Te Patrem Domini nostri

fri JESU Christi, ut des nobis secundum Divitias gloriae Tuae, virtute comprobari per Spiritum Tuum, in Interiori homine, Christum habitare per fidem in cordibus nostris, (b) ut non regnet peccatum in nostro mortali corpore. Tu enim eripuisti nos de potestate Tenebrarum & transtulisti in Regnum Filij delectionis Tuae, (c) scimus autem, quoniam, si Terrestris Domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod aedificationem ex DEO habemus Domum, non manufactam, aeternam in Caelis. Dum autem sumus in Corpore, peregrinamur à Domino (d) Ideò desiderium habemus dissolui & esse cum Christo. (e)

Propter quod non deficimus, sed licet is, qui foris est, homo noster corrumpatur; tamen is, qui intus est renovatur de die in diem: id enim quod in praesenti est momentaneum & leve tribulationis nostrae supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quae videntur, sed quae non videntur. Quae enim videntur, temporalia sunt, quae autem non videntur, aeterna. (f)

(a) 1. Corintz: 15. (b) Ephef: 3. (c) Coloss: 1.  
(d) 2. Corint: 5. (e) Phil. 1. (f) 2. Cor: 4.

3. *Fiat voluntas Tua.*

**T**U enim es Domine qui operaris in nobis

bis velle & perficere pro bona voluntate Tua, (a) Itaꝑ; fac ut impleamur agnitione voluntatis Tuæ, in omni Sapientia & Intellectu spiritali, ut ambulemus dignè tibi per omnia placentes (b) hæc est enim voluntas Tua sanctificatio nostra. (c)

Nolumus conformari huic sæculo, sed reformemur in novitate sensus nostri, ut probemus quæ sit voluntas DEI bona, beneplacens & perfecta, (d) Nam nostra ad Bonum per se nimis infirma est, non enim sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex DEO est. (e) Da gratiam Tuam, ut perficiamus eandem ex animo, sicut administratorij spiritus Tui in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capient salutis. (f)

(a) *Philip: 2.* (b) *Coloss: 1.* (c) *1. Thess: 4.* (d) *Rom: 12.* (e) *2. Cor: 3.* (f) *Hebr: 1.*

4. *Panem nostrum quotidianum.*

**E**St magnus quæstus pieras cum sufficientia, nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quod nec auferre quid possimus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. (a)

Sint ergò mores nostri sine avaritia, contenti præsentibus. Tu enim dixisti: Non te deseram, neq; derelinquam ita, ut confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor

(b) Prope

(b) Prope es Domine. Nihil solliciti sumus.  
 (c) sed ubiq; & in omnibus instituti sciamus  
 satiari & esurire, abundare, & penuriam pa-  
 ti. (d) Ante omnia verò exerceamus nos ad  
 pietatem, quæ ad omnia utilis est, promif-  
 sionem habens vitæ, quæ nunc est, & fu-  
 turæ. (e)

Da nobis non sperare in incerto divitia-  
 rum, sed in Te DEO vivo, qui præstas no-  
 bis omnia abundè ad fruendum benè agere.  
 Divites fieri in bonis operibus: facilè tri-  
 buere, libenter communicare thesaurizan-  
 tes nobis fundamentum bonum in futurum,  
 ut apprehendamus vitam æternam. (f)

Potens es autem Ô DEUS omnem grati-  
 am abundare facere in nobis, ut in omni-  
 bus omnem sufficientiam habentes, abunde-  
 mus in omne opus bonum. Qui autem ad-  
 ministras semen seminanti, & Panem ad man-  
 ducandum præstabis. (g)

(a) 1. Timot: 4. (b) Hebr: 13. (c) Philip: 4.  
 (d) Philip: 4. (e) 1. Timoth: 4. (f) 1. Timoth: 6.  
 (g) 2. Cor: 9.

5. *Et dimitte nobis debita nostra.*

**Q**uoniam non habitat in carne nostra bo-  
 num, ut non quod volumus bonum hoc  
 faciamus, sed quod nolumus malum, hoc  
 agamus. [a] & regnante peccato in nostro  
 mortali corpore, obedivimus concupiscen-  
 tijs

tijs ejus, [b] heu quam sæpè exhibuimus membra nostra arma iniquitatis peccato, [c] & divitias bonitatis, patientiæ, & longanimitatis tuæ contempsimus? non curantes, quoniam benignitas tua ad penitentiam nos adducit? secundum autem duritiam nostram & impenitens Cor thesaurizavimus nobis Iram in die Iræ & revelationis Iusti Iudicij Tui, qui reddes unicuiq; secundum opera sua. [d]

Sed veniat Pater benignissime, super nos misericordia Tua: & ostendens Divitias gloriæ Tuæ, fac nos vasa misericordiæ Tuæ præparata in gloriam Tuam, [e] & ubi abundavit delictum, superabundet & gratia. [f]

Ecce remittimus & alijs minas, ut Te Dominum nostrum in Cælis propitium habeamus [g] Tu nos quoq; indue sicut Electos Tuos per viscera Misericordiæ, Benignitate, humilitate, modestiâ, patientiâ, ut simus invicem benigni, misericordes donantes, invicem, sicut & Tu in Christo donasti nobis, [h] nulli malum pro malo reddentes. Sed si fieri potest, quod in nobis est cum omnibus hominibus pacem habentes, non defendentes Nosmetipsos, sed demus locum Iræ, Tibi relinquentes vindictam, Nec sinamus nos vinci à malo, sed vincamus in bono malum, [i] Quæ

[i] Quæ pacis sunt fac sectemur, & quæ ædificationis sunt, invicem custodiamus. [k]

(a) Rom: 7. (b) Rom: 6. (c) Ibid: (d) Rom: 2.  
(e) Rom: 9. (f) Rom: 5. (g) Eph: 6. (h) Eph: 4.  
(i) Rom: 11. (k) Rom: 14.

6. *Et ne nos inducas?*

**M**Emores fragilitatis nostræ rogamus Te Pater piētissime, ut tentatio nos non apprehendat nisi humana. [a] Ne sicut serpens Euam seduxit astutiâ suâ, ita corrumpantur sensus nostri & excidant à simplicitate, quæ est in Christo JESU [b] Fidelis es DEUS, non patiaris nos tentari supra id quod possumus, sed etiam facias cum tentatione proventum, ut possimus sustinere [c]

(a) 1. Corinth: 10. (b) 2. Corinth: 11. (c) 1. Corinth: 19.

7. *Sed libera nos à malo.*

**C**onfirma nos deniq; & cûstodi à malo [a] Contere Satanam sub pedibus nostris velociter, [b] ut non circumveniamur ab eo. Non enim ignoramus cogitationes ejus, [c] adversus infidias Diaboli & resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Induite lorica[m] fidei, & charitatis, & galeam spe salutis. [d] Non simus fidentes in nobis, sed in Te DEUS [e] Ideoq; confidimus hoc ipsum, quia qui capisti in nobis opus bonum, perficies usq; in diem JESU Chri-

SU Christi, [f] Fidelem credimus esse Te, qui te promissisti: quot quot enim promissiones **Tuae** sunt, [g] est & Amen.

(a) 2. *Thessal.* 3. (b) *Rom.* 16. (c) 2. *Cor.* 2.  
(d) *Ephes.* 6. 1. *Thessal.* 5. (e) 2. *Corinth.* 1. (f)  
*Philip.* 1. (g) *Hebr.* 11.

## ORATIO DOMINICA,

*Cum Meditatione Theologica.*

**P**ater, Excellens in Creatione, suavis, in Amore, Dives, in hereditate. *Noster*, **JESU** Christi per naturam, mortalium hominum, per gratiam, Beatorum per gloriam. *Qui es*, duratione æternus, substantiã Ininitus, Bonitate Optimus. *In Cælis*, Speculum æternitatis, Corona Iucunditatis, Thesaurus felicitatis. *Sanctificetur*, per fidem vivam, spem firmam, Charitatem perfectam. *Nomen*, Gloria Filij Tui, Majestas Sancti Spiritus, Paternitas Tua. *Sanctificetur Nomen*, ut sis mel in Ore, Iubilus in Corde, melos in aure. *Tuum*, ut Tu solus glorificeris, solus desidereris, solus uti utilissimus finis ameris.

*Adveniat*, supra à Patre luminum, intus ab anima, foris à gratia. *Regnum*, Iustitiæ, gaudij, Pacis, in Spiritu Sancto. *Tuum*, non hujus mundi fallacis, non carnis mortalis, non Diaboli imposturis, sed Tuum tranquilum sine perturbatione, Iucundum sine afflictione, securum sine perditione.

*Fiat,*

*Fiat, per Tuum Mandatum, per Tuum Consilium, per Te, & cum tuo auxilio. Voluntas, bona in Creatione, beneplacens in Redemptione, perfecta in Iustificatione. Tua, non mea. Sicut in Cælo, ad Imitationem Beatorum, ad similitudinem B. M. V. ad modum Christi. Et in Terra, ut, quod vis, velimus, & quod jubes faciamus, & quod amas amemus.*

*Panem nostrum, Panem lachrymarum, Panem verbi DEI. Panem SS. SACRAMENTORUM. Quotidianum* Quia sine illo morimur, sine illo, nihil sumus, sine illo deliquimus. *Da, Quia tibi proprium est dare, quia beatius tibi est dare, quàm accipere, quia nostrum est à Te accipere, cui nihil deficit. Da etiam, non Angele sed Fili: non Homo sed Creator: non Datum sed Dator: da Domine in Incarnationem Verbum Tuum, in Iustificationem Spiritum Sanctum, in glorificationem Temetipsum. Nobis, Ingratis, & Indignis, Inutilibus servis Tuis. Hodie, in hoc die malitiæ, die Tenebrarum, die miseriarum.*

*Et dimitte nobis. Qui es misericordia. Tu, qui es fons gratiæ, qui in Cruce debitorum nostrorum posuisti pretium. Debita, contra Majestatem Tuam commissa, contra proximi charitatem, contra nostram salutem. No-*

*stra,*

*stra*, Ea enim contraximus Corde, perfudimus Ore, complevimus Opere. *Sicut* & nos dimittimus, si nos dimittimus, condonamus, ut pareamus verbis Tuis. *Debitoribus nostris*, Qui leviter, ignoranter, *Iuste*, & qualitercunq; offenderunt nos, qui mille digni sumus gehennis? Sed Tu Bonitas infinita, ut DEUS, à nobis non dimittes debita nostra, quia peccavimus fragiles, & imperfectæ vitæ homines.

*Et ne nos inducas*, Tollendo Tuam gratiam, removendo salutis media, Tuam dulcissimam præsentiam, subtrahendo occasionem peccati permittendi. *In tentationem*, Carnis, Mundi, & Diaboli.

*Sed libera*. Tu qui es liberator, Salvator & Redemptor. Nos mortis filios, peccati servos, Diaboli mancipia, à *Malo*, præterito, præsentis, & futuro, spirituali, & Corporali, culpæ & pænæ. A quo, per quem, & in quo, uti sine ultimo sunt omnia *Amen*, *Am*.

Fiat hoc nobis ex bonitate Tua Paterna, ex omnipotentia Tua Divina, in Nomine Tuo, & in Nomine JESU Christi Filij Tui & Spiritus Sancti.

## LITANIARUM

*Quis effectus.*

**Q**UOD valeant coram DEO, tuo potes decidere iudicio, Commemoret quispiam gloriosa Acta

C

tua;

tua; natura dona, virtutes exemplares habitualesque: Parentes, Consanguineos, dilectos amicos tuos: his & per eorum nomina meritaq; etiam offensus, si non flecteris, eorū remedium ad acquirendum id, quod desideratur, obtinetur. Crede, & DEUM hæc libenter audire, qui nondum pro originali nostro peccato reconciliatus, multa propter dilectos suos est contestatus; quid non plura, nunc testabitur? Itaq; diffidentes perfectioni nostræ, ac si DEUM coniuantes, & obligantes, per ejus Deitatis perfectiones, Nomen & merita Domini nostri JESU Christi. Beatæ MARIÆ Virginis, & Omnium Sanctorum pulsemus, petamus, ut que desideramus, accipiamus, Amen.

## L I T A N I Æ

Ad Sanctissimam TRINITATEM.

**K**Yrie eleison, Christe eleison.

**K**Yrie eleison.

PATER de Cælis DEUS, Miserere nobis,

FILI Redemptor mundi DEUS, Miserere;

SPIRITUS Sancte DEUS, Miserere nobis.

Sancta TRINITAS unus DEUS, Miserere;

DEUS ex quo, per quem, & in quo sunt omnia, Rom: II. Miserere nobis.

Qui solus es DEUS, Psal: 85. Miserere n:

Qui Moyli Nomen Tuum, Ego sum qui sum patefecisti, Exod: 3. Miserere nob:

DEUS Deorum Dominus, Psal. 49. Miserere nobis.

DEUS

- DEUS in quo vivimus movemur & sumus,  
*Actor: 17.* Miserere nobis.
- Dominus DEUS, Fortis, Zelotes visitans ini-  
 quitatem Patrum in filios. *Exod: 20.*  
 Miserere nobis.
- Cui soli debetur honor & gloria, *1. Ti-*  
*mot: 1.* Miserere nobis.
- Cujus Majestate repleta est Terra, *Psal: 71.*  
 Miserere nobis.
- Qui facis mirabilia magna solus. *Psal: 132.*  
 Miserere nobis.
- Dominus Altissimus super omnem Terram,  
 qui solus est bonus, *Luc: 18.* Miserere  
 nobis.
- DEUS cujus Irae nemo resistere potest, *Iob:*  
*9.* Miserere nobis.
- Qui es, qui eras, & qui venturus es. *Apoc:*  
*1.* Miserere nobis.
- DEUS Abraham, DEUS Isaac, & DEUS Jacob.  
*Exod: 3.* Miserere nobis.
- REX Regum, & Dominus Dominantium,  
*1. Timot: 6.* Miserere nobis.
- Qui Baltheum Regum dissolvis & praein-  
 gis renes eorum. *Iob: 12.* Miserere:
- Qui solus habes Immortalitatem & lucem  
 inhabitas in accessibilem, *1. Timot: 6.*  
 Miserere nobis.
- Dominus Exercituum, DEUS Israël, *Isai:*  
*37.* Miserere nobis.

Fortissimus DEUS Spirituum universæ Carnis, *Numer: 16.* Miserere nobis.

Qui fecisti Cælum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, *Psal: 145.* Miserere nobis.

Qui facis Iudicium iniuriæ patientibus, & das escam esurientibus, *Ibid: Miserere nobis.*

DEUS Misericors, patiens, & multæ misericordiæ, & verax. *Psal: 85.* Miserere nobis.

DEUS, Iudex, Iustus, Fortis, & Sapiens, *Psal: 7.* Miserere nobis.

Is cuius manu anima omnis viventis & spiritus universæ carnis, *Iob: 17.* Miserere nobis.

DEUS noster Ignis consumens, *Hebr: 12.* Miserere nobis.

DEUS fidelis, & absq; ulla iniquitate, Iustus & rectus, *Deut: 32.* Miserere nobis.

Dominus scrutans Cor, & probans renes, *Ierem: 11.* Miserere nobis.

Qui aperis Manum Tuam, & imples omne animal benedictione, *Psal: 144.* Miserere nobis.

Magnus Consilio, & Incomprehensibilis cogitatu, *Ierem: 37.* Miserere nobis.

Qui facis magna & inscrutabilia, & mirabilia, quorum non est numerus, *Iob: 5. 9.* Miserere nobis.

Pater Orphanorum, & Iudex Viduarum, *Psal: 97.* Miserere nobis.

Qui solvis compeditos & illuminas cæcos, *Psal: 145.* Miserere nobis.

Magnus

Magnu  
non  
Suscip  
ans  
fere  
Cujus  
lioru  
Unus L  
re &  
Qui fa  
cont  
DEUS  
infe  
rere  
DEUS  
Qui h  
mitte  
Domi  
facie  
Mise  
Qui m  
suby  
Mise  
Cujus  
cum  
Ecc:  
Qui re  
cis i  
Mise

Magnus Dominus noster, cujus sapientiæ non est numerus, *Pfal: 146.* Miserere: Suscipiens mansuetos Dominus, & humilians peccatores usq; ad terram, *Ibid: Miserere nobis.*

Cujus oculi aperti sunt super omnes vias Filiorum Adam, *Ierem: 32.* Miserere n;

Unus Legislator & Iudex qui potes perdere & liberare, *Ierem: 4.* Miserere no:

Qui sanas contritos corde, & alligas omnes contritiones eorum, *Pfal: 146.* Miser:

DEUS mortificans & vivificans deducens ad inferos & reducens, *1. Reg: 2.* Miserere nobis.

DEUS non volens iniquitatem, *Pfal: 5.* M:

Qui habes potestatem corpus & animam mittere in gehennam, *Lnc: 12.* Miser:

Dominus formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum, *Isai: 45.* Miserere nobis.

Qui multiplicas Gentes, & perdis eas, & subversas in integrum restituis, *Iob: 12.* Miserere nobis.

Cujus oculi lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, *Eccl: 23.* Miserere nobis.

Qui revelas profunda de tenebris & producis in lucem, umbram mortis. *Iob: 12.* Miserere nobis.

DEUS apud quem non est Personarum acceptio, *Rom: 2.* Miserere nobis.

Qui apprehendis sapientes in Astutiâ suâ & Consilium Pravorum dissipas, *Iob: 5.* Miserere nobis.

Qui vivificas mortuos & vocas ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, *Rom: 4.* Miserere nobis.

DEUS universæ Carnis cui non est difficile omne verbum, *Ierem: 32.* Miserere nobis.

Qui fecisti Terram in fortitudine Tua, & præparasti Orbem in Sapientia Tua, *Ierem: 51.* Miserere nobis.

Qui das pluviam super faciem terræ & irrigas aquis universa, *Iob: 5.* Miserere nobis.

Qui das escam omni carni, *Psal: 136.* Miserere nobis.

Qui omnia propter temetipsum operatus es, *Prov: 16.* Miserere nobis.

Vivens in sæcula sæculorum, *Apoc: 10.* Miserere nobis.

Qui omnia in numero & mensura, & pondere posuisti, *Sap: 11.* Miserere nobis.

Quem Cælum & Cæli Cælorum capere non possunt, *3. Reg: 8.* Miserere nobis.

Terribilis in Consilijs super filios hominum, *Psal: 65.* Miserere nobis.

Apud quem tanquam momentum stateræ est Orbis Terrarum, *Sap: 11.* Miserere nobis.

Qui operaris omnia secundum Consilium voluntatis Tux, *Ephes: 1.* Miserere nobis.

Qui

Qui mensus es pugillo aquas, & Cælos palmo ponderasti. *Isai: 40.* Miserere no:  
 DEUS Magnus Dominus & Rex Magnus super omnes Deos, *Psal: 94.* Miserere n:  
 REX sæculorum Immortalis, Invisibilis, solus, sapiens, *1. Tim: 1.* Miserere nob:  
 Sanctus, Sanctus, Sanctus, *Isai: 6.* Miser:  
 DEUS Protector noster, & merces nostra magna nimis, *Genes: 15.* Miserere no:  
 Unus DEUS & Pater omnium qui es super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis, *Ephes: 4.* Miserere nobis.

Propitius esto. Parce nobis ô Sancta TRINITAS.

Propitius esto. Exaudi nos ô Sancta TRINITAS.

Ab omni malo. Libera nos ô Sancta TRINITAS.

Ab omni superbia & elusione animi,  
 A gula, crapula & omni mentis Ingluvie,  
 Ab Ira, Invidia, & omni mala voluntate,  
 Ab omni Luxuria & Immunditia,  
 Ab omni acædia & Inordinata Tristitia,  
 Per Immensitatem Potentiæ Tuæ,  
 Per Infinitatem Sapientiæ Tuæ,  
 Per abundantiam Bonitatis Tuæ,  
 Per æternitatem gloriæ & Majestatis Tuæ,  
 Per altitudinem Scientiæ & Providentiæ Tuæ,

Libera nos ô S. TRINITAS.

Per ineffabilem magnitudinem Claritatis & Misericordiæ Tuæ. Libera nos ô Sancta TRINITAS.

Per Abyssum Iustitiæ & Iudiciorum Tuorum. Libera nos ô Sancta TRINITAS.

Peccatores. Te rogamus audi nos.

Ut Tibi seruiamus in sanctitate & Iustitia omnibus diebus nostris.

Ut Te Dominum DEUM nostrum adoremus & Tibi soli seruiamus.

Ut Nomen Sanctum Tuum in vanum nunquam assumamus.

Ut Festos & Sacros Ecclesiæ dies Religiosis & pijs operibus sanctificemus.

Ut Parentes, Prælatos, superiores, & qui Parentum loco nobis sunt debito honore, reverentiâ & obedientiâ proficquamur.

Ut nullius vitæ, famæ, honori, ex Ira odio, vel Invidiâ unquam noceamus.

Ut neminem damno, furto, vel quacumq; Iniuria, seu dolo, seu vi lædamus.

Ut ab illicitis carnis desiderijs & impuris affectibus cor nostrum custodiamus.

Ut nunquam adversus Proximum falsum testimonium aut mendacium loquamur.

Ut bona Proximo non concupiscamus,

Ut

Te rogamus audi nos.

Te rogamus audi nos.

Ut T  
rota  
Ut T  
pre  
Ut qu  
fac  
Ut om  
faci  
Ut div  
nim  
Ut ex  
viv  
Ut ad  
On  
gn  
Agnu  
ca  
Agnu  
pit  
Agnu  
na  
O Be  
O Ad  
K  
y. B  
R. E

DIE DOMINICO.

34

Ut Te DEUM nostrum ex toto corde, & ex  
tota anima, totisq; viribus diligamus.

Ut Te super omnia & Proximum pro-  
pter Te sicuti nos ipsos amemus.

Ut quod nobis fieri nolumus, alteri non  
faciamus.

Ut omnem gratiam in nobis abundare  
facias.

Ut divitias Bonitatis, patientiæ & longa-  
nimitatis tuæ non contemnamus.

Ut exhibeamus corpora nostra hostiam,  
viventem, sanctam Deo placentem.

Ut ad Regnum quod parasti nobis ab  
Origine mundi nos perducere di-  
gneris.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi. Pla-  
ca nobis Patrem.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi. Pro-  
pitius esto nobis peccatoribus.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi. Do-  
na nobis Spiritum Sanctum.

O Beata TRINITAS. Audi nos.

O Adoranda TRINITAS. Exaudi nos.

Kyrie eleison, Christe eleison.

Kyrie eleison.

*Pater noster, Ave Maria, &c.*

ʒ. Benedictus es Domine DEUS Patrum no-  
strorum,

ʒ. Et laudabilis & gloriosus in sæcula.

ʒ. Bene-

Te rogamus audi nos.

atis &  
San-

Tuo-  
AS.

ti-

e-

Te rogamus audi nos.

to-

ni-

Te rogamus audi nos.

Te rogamus audi nos.

Te rogamus audi nos.

Te rogamus audi nos.

Te rogamus audi nos.

Te rogamus audi nos.

Te rogamus audi nos.

Te rogamus audi nos.

Ÿ. Benedictus es Domine in firmamento  
Cæli,

R. Et laudabilis & gloriosus & superexalta-  
tus in sæcula.

Ÿ. Benedicant Te omnes Angeli & Sancti  
Tui,

R. Et laudent Te & glorificent in sæcula.

Ÿ. Benedicamus Patrem & Filium cum San-  
cto Spiritu,

R. Laudemus & superexaltemus eum in sæ-  
cula.

Ÿ. Domine exaudi Orationem meam,

R. Et clamor meus ad Te veniat.

## O R E M U S

**O**Mnipotens sempiterne DEUS, qui de-  
disti Famulis Tuis in Confessione veræ  
fidei æternæ TRINITATIS gloriam agnosce-  
re, & in potentia Majestatis adorare unita-  
tem, quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate  
ab omnibus semper muniamur adversis.

**D**EUS, qui Omnipotentiam Tuam par-  
cendo maxime & miserando manife-  
stas, multiplica super nos misericordiam Tu-  
am, ut ad Tua promissa currentes, Cælesti-  
um bonorum facias esse consortes.

**O**Mnipotens sempiterne DEUS, qui a-  
bundantia pietatis Tuæ & merita Sup-  
plicum excedis & vota? Effunde super nos  
Misericordiam Tuam, ut dimittas quæ Con-  
scientia

scientia metuit, & adijcias quod Oratio non  
præsumit.

## L I T A N I Æ

Ad DEUM PATREM,

*Ex Sacra Scriptura collectæ.*

**K**Yrie eleison, Christe eleison.

KYrie eleison.

PATER Sancte audi nos.

PATER Iuste exaudi nos.

PATER de Cælis DEUS, Miserere nobis.

FILI Redemptor mundi DEUS, Miserere:

SPIRITUS Sancte DEUS, Miserere nobis.

Sancta TRINITAS unus DEUS, Miserere:

PATER noster qui es in Cælis, *Matt: 6.*

Miserere nobis.

Benedictus DEUS & PATER Domini nostri

JESU Christi, *1. Petr: 1.* Miserere n:

PATER Misericordiarum & DEUS totius Con-

solationis, *2. Cor: 1.* Miserere nobis.

Qui Consolaris nos in omni tribulatione

nostra, *Ibid:* Miserere nobis.

PATER DEUS Benedictus in sæcula. *Rom: 9.*

Miserere nobis.

PATER quærens adoratores in spiritu & ve-

ritate, *Ioan: 4.* Miserere nobis.

PATER ex quo omnia, *1. Cor: 8.* Miser:

PATER gloriæ & Dominus Cæli & Terræ,

*Ephes: 1.* Miserere nobis.

Qui

Qui misisti FILIUM Tuum unigenitum in mundum ut vivamus per eum, *1. Ioan:*

4. Miserere nobis.

PATER Christi qui usque modo operaris, *Ioan: 5.* Miserere nobis.

PATER Domini nostri JESU Christi ex quo omnis Paternitas in Cælo & in terra nominatur, *Ephes. 3.* Miserere nobis.

Qui elegisti nos in Filios ante mundi constitutionem, *Ephes. 1.* Miserere nobis.

Qui prædestinasti nos in adoptionem Filiorum per JESUM Christum, *Ibid:* Miserere nobis.

Qui Mysteria abscondis à prudentibus & revelas ea parvulis, *Matb: 11.* Miserere nobis.

Qui benedixisti nos omni benedictione spiritali in Cælestibus, *Ephes: 1.* Miserere nobis.

Qui dimittis nobis omnia peccata nostra, *Matb: 6.* Miserere nobis.

Qui elegisti nos ut effemus Sancti & Immaculati in Conspectu Tuo, *Ephes. 1.* Miserere nobis.

Qui das spiritum bonum petentibus Te, *Luc: 11.* Miserere nobis.

PATER Luminum à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit. *Iacob: 1.* Miserere nobis.

PATER vivificans, & mortuos suscitans, *Ioan: 5.* Miserere nobis.

PATER videns in abscondito, *Matb: 6.* Miserere nobis.

PATER

PATER habens vitam in temetipſo, *Ioan.* 5.

Miserere nobis.

Agricola usque modo operans, *Ioan.* 15.

Qui solem tuum oriri facis super bonos & malos, *Math.* 5. Miserere nobis.

Qui pluis super Iustos & Iniustos, *Ibid.*

Miserere nobis.

Qui numerasti omnes Capillos Capitis nostri, *Math.* 19. Miserere nobis.

Qui proprio Filio non pepercisti, sed pro nobis omnibus tradidisti illum, *Rom.* 8.

Miserere nobis.

Qui vocasti nos in Societatem Filij Tui,

*1. Cor.* 1. Miserere nobis.

Qui gratificasti in dilecto Filio Tuo, *Ephes.*

*1.* Miserere nobis.

Cujus Filius servi formam accepit ut servos redimeret, *Phil.* 2. Miserere nobis.

Qui transtulisti nos in Regnum Filij dilectionis Tuæ, *Coleff.* 1. Miserere nobis.

Qui dignos nos fecisti in Partem sortis Sanctorum, *Coleff.* 1. Miserere nobis.

Qui ad nuptias Filij Tui nos vocasti, *Matt.* 22. Miserere nobis.

Qui dilexisti nos & dedisti consolationem aeternam, *2. Thef.* 2. Miserere nobis.

Qui sic dilexisti mundum, ut Filium Tuum unigenitum dares, *Ioan.* 3. Miserere:

Qui voce de Cælo delapsa à Magnifica glo-

- ria clarificasti Filium Tuum, 2. *Petr.* 1.  
Miserere nobis.
- Qui Tibi in Filio Tuo benè Complacuisti,  
*Ibidem.* Miserere nobis.
- Cui complacuit dare nobis Regnum,  
*Luc.* 12. Miserere nobis.
- Cujus Faciem semper vident Angeli in Cæ-  
lis, *Luc.* 18. Miserere nobis.
- Qui talem charitatem dedisti nobis ut Filij  
Tui nominemur & simus, 1. *Ioan.* 3.  
Miserere nobis.
- Qui voluisti nos Conformes fieri Imaginis  
Filij Tui, *Rom.* 8. Miserere nobis.
- Qui Regnum Electis Tuis à mundi Consti-  
tutione parasti, *Math.* 25. Miserere n:
- Qui sine acceptione Personarum Iudicas se-  
cundùm opus uniuscuiusque, 1. *Petr.* 1.  
Miserere nobis.
- In Cujus domo mansiones multæ sunt,  
*Ioan.* 14. Miserere nobis.
- PATER Cui omnia sunt possibilia, *Ioan.* 3.
- PATER qui diligis Filium & omnia dedisti  
in manus ejus, Miserere nobis.
- Sine quo nemo venit ad Filium nisi Tu Pa-  
ter traxeris eum, *Ioan.* 6. Miserere n:
- Propitius esto, Parce nobis Domine.
- Propitius esto, Exaudi nos Domine.
- Propitius esto, Libera nos Domine.
- Ab omni malo, Libera nos Domine.

A pote-

A potestate sathanae,  
 Ab Ira Odio & omni mala voluntate,  
 Ab Imminentibus peccatorum periculis,  
 A morte perpetua,  
 Per altissimam qua Intueris abyssos sci-  
 entiam Tuam,  
 Per immensam qua omnia ex nihilo  
 creasti Potentiam Tuam,  
 Per svavem qua cuncta gubernas Pro-  
 videntiam Tuam,  
 Per æternam qua mundum dilexisti  
 charitatem Tuam,  
 Per infinitam qua omnia imples boni-  
 tatem Tuam,  
 In die Iudicij,  
 Peccatores, Te rogamus audi nos.  
 Ut Nomen Tuum semper & ubiq; sancti-  
 ficetur,  
 Ut Regnum Tuum nobis advenire  
 concedas,  
 Ut voluntas Tua semper in nobis fiat  
 sicut in Cælo & in Terra,  
 Ut Panem nostrum quotidianum nobis  
 dare digneris.  
 Ut debita nostra nobis clementer in-  
 dulgere digneris,  
 Ut nos sub umbra alarum Tuarum pro-  
 tegere & ex omni tentatione eripe-  
 re digneris,

Libera nos Domine.

Te rogamus audi nos.

U

Ut nos ab omni malo liberare digneris, **T:**  
 Ut spiritum bonum petentibus te dare di-  
 gneris, Te rogamus audi nos.

Ut quod fideliter petimus efficaciter conse-  
 quamur, Te rogamus audi nos.

**PATER** in Nomine Filij Tui, Te rogamus:  
**AGNUS DEI** qui tollis peccata mundi, Par-  
 ce nobis Domine.

**AGNUS DEI** qui tollis peccata mundi, E-  
 xaudi nos Domine.

**AGNUS DEI** qui tollis peccata mundi, Mi-  
 serere nobis.

Ut des nobis secundum divitias gloriae Tuae  
 virtute corroborari per Spiritum Tuum  
 in interiorem hominem.

**V.** Protector noster aspice **DEUS,**

**R.** Et respice in Faciem Christi tui.

**V.** Memento nostri Domine in benepla-  
 cito tuo,

**R.** Visita nos in salutari tuo.

**V.** Ostende nobis Domine misericordiam  
 Tuam.

**R.** Et salutare Tuum da nobis.

**V.** Domine **DEUS** virtutum converte nos.

**R.** Ostende Faciem Tuam & salvi erimus.

**V.** Domine exaudi orationem meam,

**R.** Et clamor meus ad Te veniat.

O R E M U S.

**O**Mnipotens sempiternae **DEUS,** dirige  
 Actus

Actus nostros in beneplacito tuo, ut in Nomine dilecti Filij Tui mereamur bonis operibus abundare.

**D**EUS celsitudo humilium & fortitudo rectorum, qui per Unigenitum Filium Tuum ita mundum erudire dignatus es, ut omnis illius actio, nostra fieret Instructio, excita in nobis spiritus tui fervorem, ut quod ille verbo & exemplo salubriter docuit, nos efficaciter imitari valeamus.

**D**EUS à quo bona cuncta procedunt largire supplicibus tuis, ut cogitemus Te inspirante quæ recta sunt, & te gubernante eadem faciamus. Per Dominum nostrum **JESUM** Christum, &c.

L I T A N I Æ

*Præcipua Nomina, Titulos, Elogia &c. &c.*

*Officia Verbi Incarnati JESU Christi Salvatoris nostri, complectentes, Ex scripturis utriusq; Testamenti.*

**K**Yrie eleison, Christe eleison.  
Kyrie eleison.

**P**ATER de Cælis **D**EUS, Miserere nobis.  
**F**ILI Redemptor mundi **D**EUS, Miserere:  
**S**PIRITUS Sancte **D**EUS, Miserere nobis.  
**S**ancta **T**RINITAS unus **D**EUS, Miserere:  
**D** Verbum

Verbum Caro factum, *Ioan.* 1. Miserere:  
 Verbum plenum gratiæ & veritatis, *Ibid.*  
 Verbum Domini, *Pfal.* 32. Miserere no:  
 DEUS per quem omnia facta sunt, *Ioan.* 1.  
 Miserere nobis.

Benedictus Dominus DEUS Israël, *Luc.* 1.  
 Miserere nobis.

Unigenitus Filius DEI, *Ioan.* 8. Miserere:  
 Filius DEI dilectus, *Lucæ.* 3. Miserere n:  
 Salvator Christus Dominus, *Lucæ* 2. Mi:  
 Magnus & Filius altissimi, *Lucæ* 1. Mis:  
 Filius DEI vivi, *Math.* 16. Miserere no:  
 Emmanuel, id est, nobiscum DEUS, *Math.* 1.  
 Miserere nobis.

Unigenitus DEI Filius qui es in sinu Patris,  
*Ioan.* 1. Miserere nobis.

Filius DEI dilectus, in quo sibi Pater com-  
 placuit, *Math.* 3. Miserere nobis.

Omnipotens sermo DEI, *Mat.* 18. Mife:  
 Sapientia ab æterno ordinata, *Prov.* 8. M:  
 Benedictus qui venit in Nomine Domini,  
*Lucæ* 19. Miserere nobis.

Brachium Domini, *Isai.* 53. Miserere n:  
 Salutare DEI nostri, *Isai.* 52. Miserere:

Imago DEI Invisibilis, *Coloss.* 1. Misere:  
 Cui donatum est Nomen, quod est supra  
 omne Nomen, *Phil.* 2. Miserere nob:

Portans omnia verbo virtutis Tuæ, *Hebr.* 1.  
 Miserere nobis.

Princi-

Princip  
 Primor  
 Mis  
 Primor  
 Mis  
 Hæres  
 Flos C  
 Mis  
 Germe  
 Expect  
 Admir  
 Isai.  
 Angel  
 Angel  
 DEUS  
 nibu  
 Semen  
 Stella e  
 Leo de  
 Radix  
 Filius  
 Filius  
 JESUS  
 Vir à  
 Sanctu  
 Mis  
 Filius  
 Mis  
 Fructu

DIE DOMINICO. 44

- Principium Creaturæ DEI, *Apoc.* 3. Misere:
- Primogenitus in multis fratribus, *Rom.* 8.  
Miserere nobis.
- Primogenitus omnis Creaturæ, *Coloss.* 1.  
Miserere nobis.
- Hæres univèrforum, *Hebr.* 1. Miserere:  
Flos Campi & Lilium convallium, *Cant.* 2.  
Miserere nobis.
- Germen Iustum Domini, *Isai.* 4. Miser:  
Expectatio Gentium, *Gen.* 49. Miserere:
- Miserere:  
Admirabilis, Consiliarius, DEUS Fortis,  
*Isai.* 9. Miserere nobis.
- Angelus Domini, *Psal.* 33. Miserere no:  
Angelus Testamenti, *Malac.* 3. Miserere:  
DEUS noster in Terris visus, & cum homi-  
nibus conversatus, *Baruc.* 3. Miserere:  
Semen Abrahamæ, *Gal.* 3. Miserere nobis.  
Stella ex Jacob orta, *Num.* 14. Miserere:  
Leo de Tribu Juda, *Apoc.* 5. Miserere n:  
Radix Jesse, *Isai.* 11. Miserere nobis.  
Filius David, *Matth.* 8. Miserere nobis.  
Filius Hominis, *Matt.* 18. Miserere nobis  
JESUS Nazarenus, *Ioan.* 19. Miserere n:  
Vir à sàmina circumdatus, *Ierem.* 31. M:  
Sanctum ex Beata Virgine natum, *Luce* 1.  
Miserere nobis.
- Filius MARIÆ Primogenitus, *Matt.* 7.  
Miserere nobis.
- Fructus Ventris MARIÆ, *Luce* 1. Mifer:

JESUS Filius JOSEPH à Nazareth, *Ioan. 1.*

Miserere nobis.

Veritas de terra Orta, *Psal. 84.* Miserere:

In cuius Nomine genu omne flectitur, Cælestium, Terrestrium & infernorum,

*Philip. 2.* Miserere nobis.

In quo sunt omnes Thesauri Sapientiæ & scientiæ absconditi, *Coloss. 2.* Miserere:

Per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil, *Ioan. 1.* Miserere nobis.

In quo habitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter, *Coloss. 2.* Miserere nobis.

Sacerdos in æternum secundum Ordinem Melchisedech, *Psal. 109.* Miserere n:

Pontifex futurorum bonorum, *Hebr. 9.*

Miserere nobis.

Pontifex Sanctus, Innocens, Impollutus, Segregatus à peccatoribus, & excelsior Cælis factus, *Ibid.* Miserere nobis.

Pontifex Magnus qui penetraſti Cælum,

*Hebr. 4.* Miserere nobis.

Mitis & humilis Corde, *Matt. 11.* Misere:

Sponsus dilectus, candidus, & rubicundus, electus ex millibus, *Cant. 5.* Miserere:

Caput Corporis Ecclesiæ, *Coloss. 1.* Misere:

Caput omnis Principatus & Potestatis,

*Coloss. 2.* Miserere nobis.

Pastor bonus animam Tuam dans pro Ovis suis, *Ioan. 10.* Miserere nobis.

Pastor

Pastor & Episcopus Animarum nostrarum,

1. Petr. 3. Miserere nobis.

Sanctus Sanctorum, Dan. 9. Miserere n:

Princeps Pastorum, 1. Petr. 5. Miserere:

Testis fidelis & verus, Apoc. 3. Miserere:

Propheta magnus, Luca 7. Miserere no:

Vir Propheta, potens in Virtute & sermo-

ne coram DEO & omni Populo, Luc. 14.

Miserere nobis.

Verè Propheta qui venturus est in mun-

dum, Ioan. 6. Miserere nobis.

Messias desideratus cunctis gentibus,

Ioan. 4. Miserere nobis.

Qui missus es euangelizare Pauperibus, sa-

nare contritos Corde, & prædicare capti-

vis remissionem, Luca 4. Miserere n:

Unctus à Domino Spiritu Sancto & Virtute,

Actor. 13. Miserere nobis.

Unctus à DEO oleo lætitiæ præ Consortibus

tuis, Psal. 44. Miserere nobis.

Speciosus forma præ Filijs hominum,

Psal. 44. Miserere nobis.

Rex Magnus super omnem Terram,

Psal. 46. Miserere nobis.

Rex Iudæorum, Matt. 2. Miserere nobis

Rex Israël, Ioan. 1. Miserere nobis.

Excelsus præ Regibus terræ, Psal. 88. Mis:

Dominus Legifer noster, Isai. 33. Miser:

Lapis vivus à DEO electus & honorificatus,

1. Petr. 1. Miserere nobis. Lapis

Lapis reprobatus, ab ædificantibus & factus  
in Caput anguli, *Pfal.* 117. Miserere:  
Lapis abscissus de monte sine manibus,  
*Dan.* 2. Miserere nobis.

Lapis positus in Syon, summus, angularis,  
electus, pretiosus, *1. Petr.* 2. Miserere:

Positus in ruinam & resurrectionem multo-  
rum in Israël, *Luce* 2. Miserere nobis.

Lux mundi, *Ioan.* 8. Miserere nobis.

Lux vera, quæ illuminat omnem hominem  
venientem in hunc mundum, *Ioan.* 1.

Miserere nobis.

Stella splendida & Matutina, *Apoc.* 12. M:

Sol Iustitiæ, *Malac.* 4. Miserere nobis.

Via, veritas, & vita, *Ioan.* 14. Miserere n:

Vitis vera cujus nos palmites, *Ioan.* 15. M:

Clavis David, *Apoc.* 3. Miserere nobis.

Ostium Ovium, *Ioan.* 20. Miserere nobis.

Arca Testamenti DEI, *Apoc.* 11. Miserere:

Manna absconditum, *Apoc.* 2. Miserere n:

Panis vivus & verus de Cælo descendens,

*Ioan.* 6. Miserere nobis.

Panis vitæ & Intellectus, *Eccl.* 15. Miser:

Panis DEI, dans vitam mundo, *Ioan.* 6. M:

Panis noster supersubstantialis, *Matt.* 6. M:

Panis cor hominis confirmans, *Pfal.* 103. M:

Pinguis Panis præbens delicias Regibus,

*Gen.* 49. Miserere nobis.

Rabbi qui à DEO venisti Magister, *Ioan.* 4.

Miserere nobis.

Princeps

Princeps Regum terræ, *Apoc. 1.* Miserere:  
 DEUS & Princeps Pacis, *1. Thef. 5.* Mis:  
 Pax nostra qui fecisti utraq; unum, *Ephes. 2.*

Miserere nobis,

Magister & Dominus, *Ioan. 13.* Miserere:  
 Dominus Dominorum & Rex Regum,  
*Apoc. 17.* Miserere nobis.

Vir dolorum & sciens Infirmi-  
 tatem, *Isai. 53.*  
 Miserere nobis.

Qui languores nostros verè tulisti, *Ibid. M:*  
 Cuius livore sanati sumus, *Ibid.* Miserere:  
 Qui dilexisti nos, & lavasti nos à peccatis  
 nostris in Sanguine Tuo, *Apoc. 1.* Mis:  
 In quo posuit DEUS Iniquitatem omnium  
 nostrum, *Isai. 53.* Miserere nobis.

Tanquam Ovis ad occisionem ductus,  
*Actor. 8.* Miserere nobis,

Quasi Agnus coram rudente se obmutescens,  
*Isaie 53.* Miserere nobis.

Agnus absq; macula, *Exod. 11.* Miserere:  
 Agnus occisus ab origine mundi, *Apoc. 5. M:*

Qui vulneratus es propter Iniquitates nostras,  
 & attritus propter scelera nostra,  
*Isai. 53.* Miserere nobis.

Qui salvum fecisti Populum Tuum à peccatis eorum,  
*Matt. 11.* Miserere nobis.

Princeps & Salvator noster, *Actor. 2.* Mis:  
 Salutare DEI gentibus Missum, *Actor. 28.*

Miserere nobis.

Propitiatio pro peccatis nostris, *1. Ioan. 2.*

Miserere nobis.

Qui factus es nobis sapientia à DEO, & Iustitia, & Sanctificatio, & Redemptio,

*1. Corin. 1.* Miserere nobis.

Apostolus & Pontifex Confessionis nostræ,

*Hebr. 3.* Miserere nobis.

Qui non venisti vocare Iustos sed Peccatores, *Math. 9.* Miserere nobis.

Qui venisti quærere & saluum facere quod perierat, *Luc. 19.* Miserere nobis.

Qui temetipsum exinanisti formam servi accipiens, *Phil. 2.* Miserere nobis.

Qui pro nobis animam Tuam posuisti,

*1. Ioan. 3.* Miserere nobis.

Qui acquisivisti Ecclesiam Sanguine Tuo,

*Actor. 20.* Miserere nobis.

Qui non venisti ministrari sed ministrare,

*Matt. 20.* Miserere nobis.

Qui factus es obediens DEO Patri usq; ad mortem Crucis, *Phil. 2.* Miserere nobis.

Unus Mediator DEI & Hominum, Homo

JESUS Christus, *1. Tim. 2.* Miserere:

Novi Testamenti Mediator, *Hebr. 8.* Mis:

Author Fidei & Consummator, *Hebr. 12. M:*

Qui eripuisti nos ab Ira ventura, *1. Thes. 1.*

Miserere nobis.

Dominus meus & DEUS meus, *Ioan. 20.*

Miserere nobis.

Domi-

Dominus Fortis & Potens in Prælio,

*Pfal.* 23. Miserere nobis.

Dominus Exercituum, *Zach.* 2. Miserere:

Primogenitus mortuorum, *Apoc.* 1. Miser:

Resurrectio & Vita, *Ioan.* 11. Miserere:

Qui fuisti mortuus & vivis, *Apoc.* 2. Mis:

Qui traditus es propter delicta nostra & re-

surrexisti propter justificationem no-

stram, *Rom.* 4. Miserere nobis.

Qui Fecisti nos Regnum & Sacerdotes DEO

& Patri, *Apoc.* 1. Miserere nobis.

Qui oblatus es, quia ipse voluisti, *Isai.* 53.

Miserere nobis.

Pascha nostrum, 1. *Cor.* 5. Miserere nob:

Habens Claves mortis & inferni, *Apoc.* 1.

Miserere nobis.

Cui data est omnis potestas in Cælo & in

terra, *Math.* 28. Miserere nobis.

Qui ascendisti super omnes Cælos, *Ephes.* 4.

Miserere nobis.

Qui sedes ad dexteram Majestatis in Excel-

sis, *Hebr.* 1. Miserere nobis.

Advocatus noster apud Patrem, *Ephes.* 2.

Miserere nobis.

Qui es, qui eras, & qui venturus es, *Apoc.* 1.

Miserere nobis.

In omnibus Principatum tenens, *Coloss.* 1.

Miserere nobis.

Vivens in sæcula sæculorum, *Apoc.* 1. Mis:

Pater

Pater futuri sæculi, *Isai. 9.* Miserere nobis.

Templum & Lucerna Civitatis Sanctæ,

*Apoc. 21.* Miserere nobis.

Christus Pax nostra qui fecisti utraq; unum,

*Ephes. 2.* Miserere nobis.

Spes nostra, *1. Tim. 1.* Miserere nobis.

Rex Gloriæ, *Psal. 23.* Miserere nobis.

Candor Lucis æternæ, *Sap. 7.* Miserere:

Splendor gratiæ & figura substantiæ DEI,

*Hebr. 1.* Miserere nobis.

Speculum sine macula Majestatis DEI,

*Sap. 7.* Miserere nobis.

Lignum vitæ, *Apoc. 2.* Miserere nobis.

Lumen vitæ, *Ioan. 8.* Miserere nobis.

Fons vitæ, *Psal. 35.* Miserere nobis.

Author vitæ, *Actor. 3.* Miserere nobis.

Alpha & Omega, *Apoc. 1.* Miserere n:

Principium & Finis, *Apoc. 18.* Miserere:

Primus & Novissimus, *Apoc. 22.* Miserere:

Qui constitutus es à DEO Iudex vivorum

& mortuorum, *2. Tim. 4.* Miserere n:

Qui es super omnia DEUS Benedictus in sæ-

cula, *Rom. 9.* Miserere nobis.

Propitius esto, Parce nobis Domine.

Ab omni malo, Libera nos Domine.

Per æternam ex Patre generationem Tuam,

Libera nos Domine.

Per Temporalem ex Matre Nativitatem

Tuam, Libera nos Domine.

Per

DIE DOMINICO. 52

Per Sanctissimam vitam & conversationem  
Tuam, Libera nos Domine.

Per acerbissimam Passionem & mortem Tu-  
am, Libera nos Domine.

Per gloriosam Resurrectionem & Ascensio-  
nem Tuam, Libera nos Domine.

Per Adventum Tuum ad Iudicium, Libe:

Per Coæternam DEO Patri gloriam Tuam,  
Libera nos Domine.

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Ut ante omnia quæramus Regnum DEI &  
Iustitiam ejus, *Math. 6.* Te rogamus:

Ut discamus à Te quia mitis es & humilis  
Corde, *Matt. 11.* Te rogamus audi:

Ut diligamus Inimicos nostros & benefacia-  
mus his qui oderunt nos, *Matt. 5.*

Te rogamus audi nos.

Ut abnegemus nosmet ipsos & tollentes Cru-  
cem tuam te sequamur, *Matt. 16.* Te  
rogamus audi nos.

Ut simus prudentes sicut serpentes, & sim-  
plices sicut columbæ, Te rogamus audi:

Ut sic luceant opera nostra coram homini-  
bus, ut glorificent Patrem nostrum qui  
in Cælis est, Te rogamus audi nos.

Ut perdamus animas nostras in hoc mundo,  
& in vitam æternam eas custodiamus,  
*Ioan. 11.* Te rogamus audi nos.

Ut non timeamus eos qui occidunt corpus,  
sed

- sed illum qui potest & animam & corpus  
perdere in gehennam, *Matt. 10.* Te  
rogamus audi nos.
- Ut non thesaurizemus nobis Thesauros in  
terra sed in Cælo, *Matt. 7.* Te rogam;
- Ut Proximum temere nunquam Iudicemus,  
Te rogamus audi nos.
- Ut in Nomine Tuo Patrem rogantes, juxta  
promissum tuum exaudiri mereamur,  
*Ioan. 16.* Te rogamus audi nos.
- Ut omnia quæ nobis fieri volumus ab homi-  
nibus, & nos illis faciamus, *Ibid.* Te rog;
- Ut caveamus ne corda nostra graventur in  
Crapula, ebrietate, & curis hujus vitæ,  
*Luca 21.* Te rogamus audi nos.
- Ut relicta via spatiosa, quæ ducit ad perdi-  
tionem, per angustam Portam, quæ ducit  
ad vitam intrare contendamus, *Matt. 11.*  
Te rogamus audi nos.
- Ut Iugum tuum suave & onus leve libenter  
& cupidè suscipiamus, *Matt. 23.* Te r;
- Ut Talenta à Te accepta sedulo ad usuram  
collocemus, *Matth. 7.* Te rogamus;
- Ut Verbum Tuum Corde bono & optimo  
susipientes, multum Fructum afferamus  
in patientia, *Luca 8.* Te rogamus au;
- Ut de hora mortis nostræ, & Adventus tui  
incerti, semper vigiles & parati esse stu-  
deamus, *Matt. 25.* Te rogamus audi;
- Ut

Ut ad rationem villicitationis nostræ red-  
dendam serîo nos præparemus, Te rog:  
Ut per gratiam tuam usque in finem perfe-  
verantes salvi fiamus, *Matt. 10.* Te ro-  
gamus audi nos.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Mi-  
serere nobis.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi, E-  
xaudi nos Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Do-  
na nobis Pacem.

*Pater noster, & Ave Maria, &c.*

O R E M U S.

**D**EUS, qui per cœternam Tibi sapienti-  
am hominem cum non esset condidisti,  
conditumq; misericorditer reformasti, præ-  
sta quæsumus, ut eadem corda nostra Inspi-  
rante, Te tota mente diligamus & ad te to-  
to corde curramus. Per eundem Dominum  
nostrum JESUM Christum Filium Tuum,  
qui tecum vivit & Regnat in unitate Spiri-  
tus Sancti DEUS, per omnia sæcula sæcu-  
lorum, Amen.

L I T A N I Æ

De Sancto SPIRITU,

*Ex Sacra Scriptura.*

**K**Yrie eleison, Christe eleison.  
Kyrie eleison;

PATER

PATER de Cælis DEUS, Miserere nobis.

FILI Redemptor mundi DEUS, Miserere:

SPÏRITUS Sancte DEUS, Miserere nobis.

Sancta TRINITAS unus DEUS, Miserere:

SPÏRITUS à Patre Filioque procedens,

*Ioan. 15.* Miserere nobis.

SPÏRITUS de Christo Testimonium perhibens, *Ioan. 15.* Miserere nobis.

SPÏRITUS Veritatis suggerens nobis omnia,

*Ioan. 14.* Miserere nobis.

SPÏRITUS docens nos omnem Veritatem,

*Ioan. 16.* Miserere nobis.

SPÏRITUS in MARIAM superveniens,

*Lucæ 2:* Miserere nobis.

SPÏRITUS cuius virtute mirabilis Incarnatio Domini in utero Virginis peracta est,

*Ibid.* Miserere nobis.

SPÏRITUS Domini replens Orbem terrarum,

*Sapient. 1.* Miserere nobis.

SPÏRITUS DEI habitans in nobis, 2. *Ibid. 1.*

Miserere nobis.

SPÏRITUS Sapientiæ & Intellectus, *Isai. 11.*

Miserere nobis.

SPÏRITUS Consilij & Fortitudinis, *Ibid.*

Miserere nobis.

SPÏRITUS scientiæ & pietatis, *Ibid.* Miser:

SPÏRITUS Timoris Domini, *Ibid.* Miserere:

SPÏRITUS Gratiæ & Misericordiæ, *Hebr. 10.*

Miserere nobis.

SPÏRITUS

SPIRITUS Sanctificationis, *Rom.* 1. Miserere nobis.

SPIRITUS virtutis, dilectionis, & sobrietatis,  
2. *Tim.* 1. Miserere nobis.

SPIRITUS Gratia & precum, *Zach.* 12. Misere-

SPIRITUS Fidei, pacis, & amoris, *Rom.* 8.  
Miserere nobis.

SPIRITUS humilitatis & Castitatis, *Gal.* 5.  
Miserere nobis.

SPIRITUS Charitatis, Benignitatis & Mansuetudinis,  
*Ibid.* Miserere nobis.

SPIRITUS patientia, modestia, ac continentia,  
*Ibid.* Miserere nobis.

SPIRITUS compunctionis, *Rom.* 11. Misere-

SPIRITUS Multiformis gratia, 1. *Petr.* 4.  
Miserere nobis.

SPIRITUS Domini qui Initio Creationis aquis incubans eas fovisti & fecundasti, *Gen.* 1.  
Miserere nobis.

SPIRITUS quo Inspirante locuti sunt Sancti  
DEI homines, 2. *Petr.* 1. Miserere nobis.

SPIRITUS cujus Unctio nos docet de omnibus.  
1. *Ioan.* 2. Miserere nobis.

SPIRITUS qui scrutaris omnia etiam profunda  
DEI, 1. *Cor.* 2. Miserere nobis.

SPIRITUS postulans pro nobis gemitibus  
inenarrabilibus, *Rom.* 8. Miserere nobis.

SPIRITUS qui super Christum baptisatum in  
specie Columbæ descendisti, *Matt.* 3. Misere-

SPIRITUS in quo renascimur, *Ioan.* 3. Misere-

SPIRITUS

SPIRITUS omnia scrutans, etiam profunda  
 DEL. *1. Cor. 2.* Miserere nobis.  
 SPIRITUS per quem diffusa est charitas DEI  
 in cordibus nostris, *Rom. 5.* Miserere:  
 SPIRITUS Domini super Christum requie-  
 scens, *Isai. 11.* Miserere nobis.  
 SPIRITUS adoptionis Filiorum DEI, *Rom. 8. M:*  
 SPIRITUS adjuvans infirmitatem nostram,  
*Rom. 8.* Miserere nobis.  
 SPIRITUS suaviss, benigne, super mel dulci-  
 or. *Eccl, 24.* Miserere nobis.  
 SPIRITUS Principalis, confirmans nos.  
*Psal. 50.* Miserere nobis.  
 SPIRITUS qui in die Pentecostes super Do-  
 mini Discipulos sedentes in lingvis igneis  
 apparuisti, *Actor. 2.* Miserere nobis.  
 SPIRITUS quo repleti Apostoli intrepidè  
 Christum confessi sunt. *Actor. 4.* Mis:  
 SPIRITUS arguens Mundum de peccato, &  
 de Iustitia & Iudicio, *Ioann. 16.* Mis:  
 SPIRITUS fide purificans Corda nostra,  
*Actor. 15.* Miserere nobis.  
 SPIRITUS nos vivificans, *Ioan. 6.* Misere:  
 SPIRITUS gratias & dona Tua variè distri-  
 buens, *Cor. 12.* Miserere nobis.  
 SPIRITUS dividens singula prout vis,  
*1. Cor. 12.* Miserere nobis.  
 SPIRITUS discretor Cogitationum & Inten-  
 tionum Cordis, *Hebr. 4.* Miserere n:  
 SPIRITUS

SPIRITUS Paracletus manens nobiscum in  
 æternum, *Ioann. 14.* Miserere nobis.

SPIRITUS disciplinæ effugiens fictum, nec  
 habitans in corpore subdito peccatis,

*Sap. 1.* Miserere nobis.

Propitius esto. Parce nobis Sancte SPIRITUS.

Propitius esto. Exaudi nos Sancte SPIRITUS.

Ab omni malo. Libera nos Sancte SPIRITUS.

Ab omni peccato, Libera nos Sancte SPIRITUS.

A tentationibus & insidijs diaboli,

Ab omni præsumptione & desperatione,

Ab impugnatione veritatis agnitæ,

Ab invidentia fraternæ Charitatis,

Ab omni obstinatione & impænitentia,

Ab omni Immunditia mentis & corporis,

A spiritu Iræ, Rixæ, & dissensionis,

A spiritu fornicationis,

Per æternam ex Patre Filioq; processio-  
 nem Tuam,

Per miraculosam Conceptionem Filij  
 DEI Te cooperante factam,

Per descensionem Tuam super Chri-  
 stum Baptizatum,

Per apparitionem in Trasfiguratione  
 Domini,

Per Adventum Tuum super Discipulos  
 Christi,

In die Iudicij,

Peccatores,

Te rogamus audi nos,

E

Us

Libera nos Domine.

Libera nos Domine.

Ut nobis parcas, Te rogamus audi nos.

Ut sicut spiritu vivimus, ita & spiritu ambulemus, *Gen: 5.* Te rogamus audi nos.

Ut spiritu facta carnis mortificemus, *Rom: 8.*

Te rogamus audi nos.

Ut non contristemus SPIRITUM Sanctū DEI,

*Ephes. 4.* Te rogamus audi nos.

Ut spiritui gratiæ Contumeliam non faciamus, *Hebr. 10.* Te rogamus audi nos.

Ut solliciti simus servare unitatem spiritus in vinculo pacis, *Ephes. 4.* Te rogamus audi nos.

Ut spiritu ambulantes desideria carnis non perficiamus, *Ephes. 5.* Te rogamus audi nos.

Ut non omni spiritui credamus, sed probemus Spiritus qui ex DEO sunt, *1. Ioan. 4.*

Te rogamus audi nos.

Ut memores, nos esse Templum SPIRITUS Sancti, violare caveamus, *1. Cor: 6.*

Te rogamus audi nos.

Ut errantes Instruamus in Spiritu benignitatis & mansuetudinis, *Gal. 6.* Te rogamus audi nos.

Ut seminemus in spiritu & de spiritu metamus vitam æternam, *Ibidem* Te rogamus audi nos.

Ut paupertatem spiritus in nobis excitare digneris, *Math: 5.* Te rogamus audi nos.

Ut nos mites & mansuetos reddere digneris, *Ibid.* Te rogamus audi nos.

Ut gratiam pij luctus & sanctarum Lachrymarum nobis dare digneris, *Ibid:* Te rogamus audi nos.

Ut

Ut veræ Iustitiæ esuriem sitimque in nobis  
accendere digneris, *Ibid:* Te rogamus:

Ut sinceros Misericordiæ, & Charitatis af-  
fectus nobis infundere digneris, *Ibid:*

Te rogamus audi nos.

Ut spiritum rectum innovare & cor mun-  
dum in nobis creare digneris, *Ibid:* Te  
rogamus audi nos.

Ut simus pacifici & digni vocari Filij DEI,  
*Psal:* 4. Te rogamus audi nos.

Ut persecutiones propter Iustitiam fortiter  
& constanter perferamus, *Ibid:* Te rog:

Ut nos à blasphemia spiritus cui Remissio  
in hoc, & in illo sæculo negatur custodia-  
mus, *Math:* 12. Te rogamus audi nos.

Ut non contristemus SPIRITUM Sanctum DEI,  
in quo signati sumus, *Ephes:* 4. Te ro-  
gamus audi nos.

Ut nos in finem usq; in fide, spe & charita-  
te perseverare concedas, Te rogamus:

Agnus DEI qui tollis peccata mundi. Ef-  
funde in nos SPIRITUM Sanctum.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi. Emit-  
te promissum in nos Spiritum Patris.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi. Da  
nobis Spiritum pacis.

Kyrie eleison, Christe eleison.

Kyrie eleison,

*Pater noster, Ave Maria, &c.*

**V.** Cor mundum in me crea DEUS,  
**R.** Et spiritum rectum innova in visceribus  
 meis.

**V.** Ne proicias me à Facie Tua,  
**R.** Et SPIRITUM Sanctum Tuum ne auferas  
 à me.

**V.** Redde mihi lætitiã salutaris Tui,

**R.** Et spiritu principali confirma me.

**V.** SPIRITUS Sancti gratia,

**R.** Illuminet sensus, & corda nostra.

**V.** Domine exaudi Orationem meam,

**R.** Et clamor meus ad Te veniat.

## O R E M U S

**D**EUS cui omne cor patet, & omnis vo-  
 luntas loquitur, & quem nullum late-  
 secretum, purifica per infusionem Sancti  
 SPIRITUS cogitationes cordis nostri; ut te  
 perfectè diligere, & digne laudare merea-  
 mur.

**A**Dsit nobis quæsumus Domine virtus SPI-  
 RITUS Sancti, quæ & corda nostra cle-  
 menter expurget, & ab omnibus tueatur  
 adversis.

**O**Mnipotens sempiternæ DEUS, cujus  
 spiritu totum Corpus Ecclesiæ sanctifi-  
 catur, & regitur, exaudi nos pro universi  
 ordinibus supplicantes, ut gratiæ tuæ mune-  
 re ab omnibus tibi gradibus fideliter servi-  
 atur. Per Dominum nostrum, &c.

O R A-

## O R A T I O

*Ad Sanctissimam TRINITATEM.*

**O** Sanctissima TRINITAS PATER, & FILIUS & SPIRITUS Sanctus, æternumq; bonum, sine quo nihil boni esse potest. Per Omnipotentiam Tuam confirma mihi memoriam: per Sapientiam Tuam intellectum meum illumina: per bonitatem Tuam, reforma in me voluntatem meam, ut magnitudinem tuam ritè agnoscere, pure amare, & dignè laudare perpetuò possim. Tuæ S. voluntati me jam pridem obtuli, addicavi, etiam iterum offero & consecro, quod cupiam Tuæ Majestatis perpetuum esse mancipium, ac illius nutui per omnia obsecundare. In manus Tuas commendo, quam possum maximè, consilia & opera mea, spiritum meum, animam & corpus meum, sensus & membra, vitam & mortem meam. Tua solùm accedat benedictio, quæ Iustos, Sanctos, & Beatos efficit, & quæ diligentibus summum bonum & verum DEUM, in bonum vertit omnia. Convertete me ad te cælestis artifex, ut quod opus in me cepisti, conserves & absolvas, meq; totum hominem novum facias, ut sim obediens Filius Patris & servus fidelis Filij, & discipulus humilis Spiritus Sancti, mundo mihiq; mortuus, ac tibi soli cum Sancto Apostolo vi-

vens. Tu, qui potes omnia renova mihi spiritum, illumina intellectum, sanctifica mentem, corporis & animi vires auge, ut ex te solo pendeam, te super omnia timeam, & amem, tuamq; in omnibus faciam voluntatem. Præterea, fidelissimæ providentiæ Tuæ, quæ cuncta ubiq; moderatur atq; disponit, commendo meos majores & benefactores, amicos & inimicos meos, ac alios quorum causa rogare debeo. Ut illis & nobis gratia Tua potentissimè opituletur. Aspice hunc locum, & præsentem Remp: ô Pater Misericordiarum, & per Christum Dominum in unitate SPIRITUS Sancti, nos à peccatis & peccatorum pænis libera. Catholicos in Orthodoxa fide confirma, infensos Ecclesiæ hostes reprime; afflictos omnes consolare; incredulos & hæreticos ad veram fidem converte. Horum temporum graves motus compone, pacem optatam restitue, vivis gratiam, ac mortuis fidelibus requiem optatam præsta, ut in nobis, & per nos perfectè glorificeris DEUS trinus & unus, Amen.

## ACTUS HEROICUS

*Voti erga DEUM puri amoris.*

**E**GO N. Sanctissimæ & in æternum omnipossibiliter adorandæ TRINITATI, coram Beatissima DEI Parente, Sancto Angelo Custo-

lo Custode, & tota Cælesti Curia, omnia professionis meæ vota plenissimè & omnimodè in novo, denuoque facio. Et licet si villificat anima mea meipsum. Et desperavit spiritus meus in nihilo contemptibili meo. Quia mendicus sum & pauper, propter nihilitatem animæ meæ. Quia nihil boni prorsus ex me possum, sed quidquid ago, vel agere possum, facit DEUS bonitatem miseræ animæ meæ, supplet defectus egestatis. Et ideò, in Nomine Tuo procul omnis solatij, metiti, & præmij temporalis, vel æterni desiderio, propriæ famæ vel æstimationis, nec ob metum æternæ pænæ, vel temporalis maledictionis, sed respectu folius majoris gloriæ divini Tui Nominis, & doloris offensæ tantæ bonitatis; omnia peccata mea ante Pedes Tuos prostratus, Ô DEUS meus contrito corde confiteor, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa, Tibi soli peccavi Domine, & malum coram Te feci, miserere mei, Miserere miserator, quia vere sum peccator. Peccavi ut homo, parce ut DEUS, Tuum est misereri. Fiant aures Tuæ intendentes, in vocem deprecationis meæ. Recordare tuorum promissorum, quod, quandocunq; peccator ingemuerit exauditurus sis eum. Non quæras ultra peccatorem, ecce me omnium primum vides, ma-

jorem non inventurus. Non ego me, sed debita mea monstrant. Hic, quodsi perfectissimam confessionem, dolorem & Contritionem elicere vellem, Tu scis Domine imperfectionem meam, sed ut perfectus, ex nihilo omnia producens, tu illa potentia quâ nunquam fatigaris, operando, sed omnia quævis potes: dum vides etsi minimum desiderium meum, defectusq; maximos meos, imple gratia Tua. En servus Tuus, & filius ancillæ Tuæ: ego te agnosco Dominum absolutum meum, meq; tibi mancipium tuum, hodie in perpetuum servum ac jumentum offero, do, dono, ac dedico, & quavis melioratione mancipio & consigno. Ne respicias itaque indignitatem meam, sed ut Misericors & bonus, parcens, posside me, ac utaris me, omnibus viribus meis & actibus ad placitum. Nolo pro laboribus meritis meis ullam mercedem, gratitudinem, laudem, memoriam à te tuisque ostendi, sed omnia mea, tanquam servi & mancipij tui, opera sepeliri & contemni. Sed si quid mihi præstiteris beneficij, id totum ex pura, & mera sua, super me mancipium tuum miseratione mihi impensum credere & fateri volo. Attamen supplico tuæ eminentissimæ dignitati, teq; per omnia Excellentiarum tuarum viscera obtestor, ut me facias honoran-

honorandæ dignitatis Tuæ instrumentum si-  
 ne ullo respectu meo, sed purè amoris &  
 gloriæ tuæ causâ, utaris me ad humiliandum  
 me & exaltandum te. Sis unica cogitatio  
 mea, cura, gloria, & beatitudo, magnificare  
 dignitatem Tuam, idq; omni meliori quo  
 possum modo. O Domine? si te homines  
 nossent. Amo Te DEUS meus, pro omni-  
 bus, & præ omnibus creaturis tuis. Amo,  
 quia summè summus es in omnibus perfe-  
 ctionibus tuis. Æstimo Te, sed æstimando  
 nescio quid facturum sum pro te & quid of-  
 feram Tibi. Itaq; amo Te, non affectibus  
 meis, sed quantum mihi das illos, affectibus  
 Tuis. Te, per te, super amo: te, per te,  
 super æstimo: te per te, super extollo. Sis  
 superbenedictus, superlaudabilis, superexal-  
 tatus per me, pro omni Creatura, ab ipso  
 te, quantum es dignus amari, & magnificari  
 te, suscipe cor meum, quamvis omnimodo  
 consortio tuo indignissimus sum, solo tamen  
 ex puro, tibi placendi desiderio, tuoq; sa-  
 crofancto nutui ad id me misericorditer im-  
 pelli, obsequi ex animo concupiscens, te  
 mihi charissimum perpetuumq; eligo & ac-  
 cipio, liberam mei, offerendo dispositio-  
 nem juxta beneplacitum Tuum, Te strin-  
 go DEUS meus, & teneo, noli me relin-  
 quere, Rape me in te; & compelle intrare  
 angusti-

angustias meas, in latitudines tuas, DEUS meus ignosce furori amoris mei, tuus est & te amat, & tu das illum. Furit & irumpit, quia vim patitur. Excusa imperfectiones ejus apud te, quia tu es qui rapis illum ad te, & audacem facis coram te. Amo, & ideo non revereor, quia non timeo, nisi ne amem, Imò hoc pactum inter me & te ô Sanctissime DEUS sit fixum & ratum, digneris illud hodie à me suscipere. Neque enim aliter, apud te vivere possum, vel sum dignus (quanquam nec sic dignus sum) sed quia aliter non possum, hoc saltem modo; per viscera DEI, per Nomen JESU Christi, per amorem Matris ejus, per merita Omnium Sanctorum rogo, hoc corde, hoc ore, hoc mente, vel quovis possibili actu, confessor, ad purum gustum voluntatis Tuæ Divinæ & amoris, ad exaltationem JESU Christi Domini mei, in honorem Dulcissimæ Parentis ejus Dominæ meæ. Fiat, Fiat, Am.

## MEDITATIONES

*De Attributis aliquibus Divinis  
compendiosæ.*

**S**unt quidem omnes perfectiones Divinae, prout in DEO sunt, plusquam absoluta, neque à Divina essentia re ipsa distinctæ, sed sunt simplicissimum Ens. Nihilominus, quia noster iste, ad capiendum

piendum intellectus ut sunt intra se, nimis hebes ad illas intelligendas: idè utimur varijs & diversis conceptibus, atq; distinctionibus & conatur delibere aliquid illarum perfectionum: quas solemus vocare Attributa Divina, quas nos, tanquam excellentias (licet unitissimas inter se) attribuimus DEO. Cognitio illorum perfecta, in presenti vita nostra imperfecta est, valde difficilis, quia omnes cogitationes, meditationes, etiam sublimes, excedit: nihilominus illis, qui præbice illam possident, erit excellentissima Regula ad acquirendas omnes virtutes & bona spiritualia: quia cognitio DEI, & imitatio virtutum ejus, est nostra perfectio: sicut è contra; ignoratio DEI est fons omnis peccati & miseriarum. Nosse enim se, consummata justitia est: & scire Iustitiam & Virtutem tuam, radix est immortalitatis. Sapien: Cap: 15. Imminent itaq; aliqua Attributa Divina breviter connotata. Pia anima plura sibi potest devotione sua addere; etiam facta contemplatione per elevationem mentis, erga DEUM, & hæc est omnium sufficientissima. Lentè legantur, verbaque attente considerentur. Habes per Hebdomadam pro qualibet die bina. Primum, ad Matutinum devotionem; secundum, pro Vesperis. Habes & breves Meditationes pro qualibet die contra septem peccata mortalia cum Orationibus. Tum Meditationes Vespertinae Asscuro hæc tibi sufficere pro diurna perfectissima Devotione, & multis precationibus; modo deliberate, lentè,

lentè, attentè expeditas, quia minimum Verbum magna erit considerationis, & mysterij. Et sic, si in mente DEUM habueris, semper & in tempore opportuno, in omnibus necessitatibus tuis Anima & corporis, in presenti & futura vita non obliviscetur tui DEUS affecuro.

*Quæ sunt Commoda & Virtutes  
ex Devotione Attributorum*

*Divinorum?*

1. Scientia de DEO, homini omnino necessaria.
2. Cognitio, aliqua ex parte, Naturæ Divinæ.
3. Consideratio Continua & necessaria Omnipotentia DEI.
4. Habitus Præsentia Divinæ & Timoris, Observantia Adorationisq̃, erga ejus tantam Majestatem & Omnipotentiam.
5. Remedium proximum, ex Præsentia DEI commemoratione, evitandi omnia peccata, vitiaq̃.
6. Dulcedo Cælestis & Amor, ex agnitione tantæ perfectionis Divinæ.
7. Augmentum Virtutum & Morum, singulæ vixit Humilitatis.
8. Perfectio vera, vitæ præsentis.
9. Signum Prædestinationis pro æterna felicitate, quia tempestivè, considerando Attributa DEI, desideras & his nunc uteris delectarisque, quibus es cum DEO in æternum fruiturus. Unde, iam ac tempestivè hic, ad illas Delicias Cælestes per Contemplationem.

templationes Meditationum de Attributis Divinis,  
disponis.

Si non es prædestinatus, cures ut prædestineris,  
S. August. dico per hæc media.

*Modus Meditationum & De-  
votionum.*

1. **E**Rige mentem, & cogita, coram te esse Cæ-  
lum apertum. Quia vides DEUM Pa-  
trem, circa illum Angeli: Quia iste DEUS confi-  
derat quid nunc facturus sis, & tibi attendit. Pe-  
te ut sagitta amoris ejus vulneret Cor tuum.

2. Puta te videre DEUM Filium cum quinque  
Vulnerum Stigmatibus. Pete, communicet tibi u-  
niam guttam Sanguinis sui, ad accendendum tuum  
erga se amorem.

3. Considera Spiritum Sanctum, sole clariorem,  
Pete, ut te erga se accendat igne amoris sui.

4. Considera stantem B. M. V. altare. Offer  
ei cor tuum in Oblationem Filij ejus.

Ad extremum puta te videre, tot agmina San-  
ctorum Angelorum, & Electorum DEI, cum sum-  
ma observantia & Lætitia coram DEO stantes;  
quia circa hanc tuam Meditationem, & Devotio-  
nem cum Deoq; unionem sunt & erunt tibi præ-  
sentes.

**A C T U S**

Ante Meditationes & Devotiones quasvis.

**O** DEUS Omnipotens, adorande, colen-  
de, tre-

de, tremende, ante cujus Conspectum omnis Beatorum exercitus, cum summa reverentia, & tremore procidit, teque jugiter adorat, reveretur, te contemplatur: quomodo & ego vermis immundus, canis mortuus, cadaver putridum, ego ingratisissimus & infidelissimus peccator, non tantum coram te assistere, & Nomen Tuum laudare, sed ad Tuæ Divinitatis contemplationem, fruitionem, & unionem aspirare audebo? ô Domine! quia tanta est tua dignatio, ut vellis & gratum habeas à me adorari, & mecum colloqui, idèò ingredi in solitudinis meæ requiem, & concede, ut hic secus Pedes Tuos cum S. amante tua Magdalena discam modum ac rationem, qua uni necessariò sollicitè vaccem, atque unicè attendam. Excita me Domine ab omni negligentia & sensum evacuatione. Da, ut in hac Meditatione & Devotione mea, exardescat ignis. O si, ut ferrum igni, sic & ego tibi uniar amore! O si, vel ad unicum momentum transferar in te, absorbearq; à te DEO meo! At quomodo servus tam inutilis possim invenire gratiam, in conspectu tuo? Respice ô Pater in faciem Christi tui, in quo tibi benè complacuit; in cujus Nomine supplex rogo, ut clementer exaudias me, Amen.

ATTRI.

ATTRIBUTA DIVINA,  
Ad MATUTINUM.  
ESSENTIA DEI.

*Ego sum, qui sum. Exod: 4.*

**Q**uis es Tu Domine? & quod est Nomen Tuum? Te Consideramus; ut es in te, vel ut in suis actionibus. In te unitas Essentia & Trinitas Personarum. A Te removentur causæ, tam internæ, quàm externæ. Causas internas de te negat simplicitas sive impassibilitas, quæ negat omnem compositionem ex esse & essentia, natura, & supposito, actu & potentia, genere & differentia, materia & Forma; subjecto & accidentibus. Causas externas negat immutabilitas. Circumstantiam loci, à te removet immensitas. Temporis, æternitas. Tux proprietates affirmativæ sunt, quæ de Te enuntiant perfectiones per excellentiam. Perfectio Intellectus in te dicitur omni scientia, seu omni sapientia. Perfectio voluntatis, veracitas seu bonitas. Perfectio Potentiæ tuæ executivæ, dicitur Omnipotentia. Horum omnium necessaria est per consequens beatitudo, quæ est Gloria & Gaudium.

In hoc etiam profundo SS. TRINITATIS mysterio tuo, summa cum humilitate & reverentia, plenaq; fide adoramus Processionem

nem Generationis realis à Patre production naturali. Spirationis realis modo voluntatis. Glorificamus Paternitatem, Filiationem, Processionem, Spirationem, uti relationes tuas. Paternitatem ut generationem activam: Filiationem ut generationem passivam: Processionem uti spirationem activam, spirationem uti Processionem passivam.

In actionibus verò tuis, ô quam mirabilis es DEUS? Actiones tuæ ante tempus, sunt Decreta Providentiæ & prædestinationis, in tempore sunt opus Creationis, Redemptionis, & Sanctificationis? post tempus sunt Glorificatio & Damnatio.

Sed, quid sum de te plura dicturus vel cogitaturus, nullo modo comprehensibilis mi DEUS? quis te capiet quid sis? ecce quantum possunt capere sensus nostri, discurremus, quia Tu solus es sub ratione Deitatis objectum adæquatum quod est unitas, simplicitas, Immutabilitas, Immensitas, Æternitas, Omniscientia, Veritas, Bonitas, Omnipotentia, Beatitudo, PATER, FILIUS, SPIRITUS, Sanctus, Decretum providentiæ, Decretum prædestinationis: Creatio, Redemptio, Sanctificatio, Glorificatio, Damnatio. Tu solus es simplicissima essentia, in omni genere perfectionum absolute infinitus; nec  
quid-

quidquam potest tibi addi, vel minui. Incomprehensibilis es respectu locorum, omnium temporum, omnium voluntatum, & omnium Intelligentiarum. Quia tu excedis omnia Loca, comprehendis omnes differentias temporum, transcendis omnes mentes, absorbes omnia corda hominum & Angelorum, quo fit, ut tu solus te ipsum dignè comprehendere, metiri, intelligere, glorificare & amare valeas. *Tu es Verissimum & Absolutissimum Ens Entium.*

Cum igitur, ut firmissimè credo, tam magna est Domine mi tua excellentia: nunc toto meo corde summa cum humilitate & reverentia, Te adoro, & veneror, & una cum spiritibus beatis & Iustis eum te confiteor esse qui es, & coram te humi prostratus, reverenter me inclino & profundissima humilitate submitto: & quia dignus es omni amore, in æternum te amabo, integro & sincero amore. Præterea, pro Gloria Tua desidero, ut omnes Creaturæ in æternum te ament, agnoscant, reveantur, honorent, & laudent; ideoq; offero Tibi meam vitam, vires, facultates, & quidquid habeo vel possum habere.

Congratulor Tibi intimo affectu cordis, tuam tantam Majestatem, gloriam, & beatitudinem, quam possides, & æternum posses-

furus es: ideò conuoco omnes Creaturas, ut congratulentur dicendo. *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.* Duplici consolatione superabundo, & iubilo, cum spero, & considero, istud ipsum tuum bonum, futurum aliquando meum: quia illud mihi promissisti, promeruisti, præparasti, largitus es, per Christum Filium Tuum unigenitum & Redemptorem tuum: quo itidem tecum in æternum fruam, modo fidelis in amore tuo permaneam. *Atq; tum satiabor, cum apparuerit gloria Tua, Amen.*

Ad VESPERAS  
MAGNITUDO DEI,

*Magnus Dominus, & Laudabilis  
nimis Psal. 47.*

**O** DEUS meus! Magnitudo increata! Infinitus, omnia in omnibus, Immensus & ubiq; per essentiam & potentiam es. Incomprehensibilis, quia infinitæ perfectionis. Principij & Finis expers. Omnia implens. Ubiq; incircumscribilis loco. Te nihil majus dari potest. Tu ipsum esse, non receptum ab aliquo. Distinctus es ab alijs infinitè. Tu inexistens omnibus rebus, non ut pars, vel accidens, sed ut agens, & conseruans. Contines omnia, & omnibus inexistis,

stis  
prop  
Te n  
exist  
in fir  
ficien  
tensif  
omni  
nullo  
posit  
Q  
mino  
imme  
ego  
tura,  
men  
laud  
mine  
bile e  
exalte  
Psal.

N  
&  
lum u  
beare,  
nulla

ftis, non formaliter, fed causaliter, per esse proprium, non ut forma, fed ut causa, sine Te nihil esse potest, nec conservari. Non existis ut indivisibile in quanto; Totus es in singulis, totus in omnibus. Omnibus sufficientiam præstas. Omnia intensivè & extensivè excedis. Insuper es capacitatis, omni compositione & partibus expertus, sub nullo genere contineris, nec venis in Compositionem aliorum.

Quid ultra coram Te dicam Magno Domino, ego Magnum *Nihil*, & verè, propter immensam Magnitudinem Tuam, plusquam ego sum quàm *Nihil*. Et tamen Tua Creatura, licet indigna, sed qualiscunq; sim tamen Tuus sum. In hac magnitudine Tua, laudo cum omni Creatura *Nomen Tuum Domine*, qui Dominus noster es, quàm admirabile est *Nomen Tuum* in omni terra, quia exaltata est Magnificentia Tua super Cælos, *Psal.* 8. Amen.

## MEDITATIO

*Contra Superbiam.*

**N**ihil facilius, quàm vitare *Superbiam*, modo cognoscere se ipsum & mundi *Attributa*. Nul- lum utiq; bonum terrestre, & creatum potest nos beare, & felicitatis participes reddere, siquidem nulla ex se felicitate potiuntur. Omnia enim bo-

na temporalia, terrestria, sunt per se caduca, quod itaq; modo nos perfectos habere volunt? Quod non ordinario modo acquiritur, hoc perfecte bonum esse non potest, consequenter, nulla est felicitas: hoc communiter fit in omnibus temporalibus & terrestribus bonis. Et quod bonum & malum insimul bonum est, hoc non affert felicitatem: & fortuna bona, bonum & malum insimul sunt. Similiter quidquid caro tantummodo superficialiter & intra testatur, ornatq; per se, non est, verè bonum: unde talia sunt, pulchritudo, forma &c. quae minima mutationi sunt obnoxia. Ad extremum, quod ad praesens est, posthac & ex nunc abesse potest, hoc neq; bonum neq; malum est: & haec omnia bona temporalia agunt. Insuper considera, quid mundus per se habeat felicitatis perfectionisque. Ingenij subtilitas? quo subtilius, ut aranea, eo inutilius. Felix memoria? sicut venit, ita redit. Eloquentia? nihil sine usu, & usu consumitur. Corpus sanctum? rebelle subsidium. Vires? minoribus cedunt. Forma? pulchra Domus Cinerum. Illustris prosapia? major umbra. Libertas? penalis filo avis. Bonum nomen? sepiissime maculatur. Fercula sapida? putredinis vermiumq; modus. Potus? extinguatur ut accendatur. Convivia? ipsa sine commoitate & lucro Pompa. Vestimentum? vana ex alieno iactantia. Odores? falsa satietas. Musica? scriptura in glacie. Saltus & horeae? à planta pedis, ad verticem capitis monstras te esse

levem.

levem  
ris. c  
lucru  
tio?  
His a  
Titu  
rium  
Etua  
non  
Clari  
Frati  
prem  
do.  
Filia  
certu  
lens?  
est de  
servi  
mitas  
rescit  
scit u  
stia.  
alijs  
tas, j  
seria,  
tame  
fome  
lorum  
avid

leuem. Quies? otium & viciu. Ludus? tempo-  
 ris consumptio inanis. Alex? incertum vel fallax  
 lucrum. Equi? quod genera tot pericula. Vena-  
 tio? dum capit, capitur. Famulorum copia? ho-  
 stis domesticus. Bonus Dominus? modesta molestia.  
 Tituli? vana nomina. Diuitie? malum necessa-  
 rium. Edificia Magnifica? Sat lata si leta. Pi-  
 etura? Pulchrum mendacium. Bibliotheca? visui  
 non usui. Amicus continuus? proximus inimicus.  
 Clari Parentes? sæpè illorum infamis successor.  
 Fratres & Sorores? rara Concordia. Amor? quem  
 premit opprimit. Uxor formosa? dulcis amaritu-  
 do. Filia formosa? fragile vitrum custodiendum.  
 Filia Nupta? augetur minuendo malum. Nepotes?  
 certus labor, incertum solamen. Pedagogus excel-  
 lens? nil cura sine natura. Ascensus dignitatum?  
 est descensus commoditatum. Dignitates? alijs in-  
 seruiendo consumimur. Exercitus? publica cala-  
 mitas. Victoria? gloria aliena. Vita humana? flo-  
 rescit ut defluat. Aetas perfecta? sicut Luna cre-  
 scit ut decrescat. Longa vita? sibi & alijs mole-  
 stia. De Honoribus, Serenitatibus, Eminentijs, &  
 alijs Excellentijs quid dicam? en spatiosa authori-  
 tas, superba ambitio, nobilis seruitus, splendida mi-  
 seria, magnificus tui & fortune tue casus. Quid  
 tamen sunt? temporis umbra, spei fallacis munus,  
 fomes superbia, speculum vanitatis, gradus pericu-  
 lorum. Honor, onus, spiritus ambientium, misera  
 inuidie odiorumq; vicinia. Quot Honores tot hu-

mores, quot dignitates, tot vanitates, quot fortunarum, tot invidiarum, quibus adsunt purpurae, illis non desunt cura. Et quis inquam felix in Honoribus? Dignitas & odium est unio. Vana fame nomina. O quam lubrica via Honorum? o quam gravia sceptrum: quam vile pretium coronae? tollat te qui te non novit. Quo bonorum sumus proprios, eò à virtutibus remotiores. O Bone DEUS! quot nobis tribuimus Titulos nominis, vix non Numinis Immortalitatis. O Stultitia! o amentia! quid vobis hæc presumptionis Dignitatum profunt, nonne cognoscitis vos esse gradus fortunæ? interroga, quot mutavit? Si te prodit origo, obfuscat vitium, virtus deserit, fortuna calcat, mors aequat, terra sepelit. Iudicas & ignoras, quomodo sis & ipse iudicaturus. Placent tibi dignitates, & non consideras quam difficiles in assequendo, molestæ in possessione, onerosæ in executione, plenæ invidiarum & Odij. O quam beatus ille qui procul negotijs! Gloriaris in Aulicorum copia? & non vides illos non tibi, sed tuæ famulari fortunæ. Superbis Titulis, Divitijs, Honoribus, amplis Possessionibus, fortunis, Nobili & antiqua Domus tuæ origine, & nescis totum esse nihil; & hæc quæ congregasti cujus erunt penitus ignoras. Tempus edax omnium, Mors cum tempore mutabit, minuet, coequabit, transferet, ad alios, & nihil pro te remanebit, nisi quod pro Conscientia tua in vita lucratus es; imò strictam omnium rationem, ut  
privatis-

privatissimus sine respectu Personarum reddes rationem DEO. Brevibus ut dicam. Quidquid mundus felicitatis habere videtur, comprime, nec plura exprimes solum Nihil, nihil, nihil: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

Cur itaque superbis? cui secure confidis? quod cum tempore accedit, cum eodem recedit. Quare, ubi sunt mundi sapientes? Potentes? Domini? Divites? Fortes? Inaccessibiles? Bellicosissimi? Invictissimi, Serenissimi, Eminentissimi, Celsissimi, Illustrissimi, &c. ubi opes, Possessiones? ubi formosissima, Ornamenta? Commoditates? Magnificentia? Famuli? subditi? &c. Tempus edax omnium. Quem in vivis venerabantur, timebant; event, & morte non expectata, contemptui habetur; unde felicissimus & invictissimus Belisarius, quem virtus extulerat, invidia oppressus, unum petit obulum. Cur gloriaris? ex alieno certe non de proprio tuo. Quod habes, à DEO habes, & licitum ei sua recipere.

Nullam profecto habet homo ex se felicitatem, nec habere potest, modo solam supernaturalem Fruitionem DEI & ejus essentiae considerationes, in his omne bonum procedit. Et quidquid boni esse putas, totum sine DEO plenum inconstantiae, timoris, fraudis, vanitatis. Dives insatiabilis divitiarum, nec Dominis possessiones, sapientibus doctriinae, Ambitioni honores, Luxuriosis libidines sufficiunt: quia, ut sensus variantur, sic felicitas

non terminantur. Ipsa DEI benedictio, supernaturali hominis animo sufficit, ita ut quidquid desiderat, vel desiderare possit, DEUS ipsi est benedictio, integrum amoris mare. Ipse solus est supernaturalis bonum omnium rerum, etiam non existentium. Ipse est Magnitudinis, qualitatis, quantitatis, perfectionis in se, ex se compendium; in se ab eterno, tempore in omnibus omnia habens, penetrans, capiens, possidens, superans, Ipse summa bonitate maximas transcendit intelligentias, duratione eternitatem. Est omni immensitate potens, sapiens, potentia infinita, veritas, Lex omnium, laus aeterna, principium & finis omnium DEUS. Si itaque DEUS Magnus Dominus, & laudabilis nimis, eo se humiliavit, Et Homo factus est, per humilitatem de se dicit. Vermis sum & non homo En Dominus & DEUS tuus irridetur, illudatur, contemnitur, blasphematur, inter latrones reputatur; an possibile, ut se homo plus aestimet? O superbia! suprema Majestas humiliatur, cur vermicule homo superbis? Quis eum de Caelis in uterum Matris traxit, si non Virginis humilitas? En primum vas electionis B. M. V. licet per Angelum asscurata, ex assistentia Spiritus Sancti iam gratia DEI plenam, & se Matrem Filij DEI fore sciverit; tamen se non Matrem, sed Ancillam dicit. Quid unquam Regibus, & Publicanis gratiam restituit? quid DEUM placare potuerat? nisi humilitas? qui humilia respicit in Caelo, & in terra. Cur

ra. Cur & ego (dicat quisq; intra se) non sequar  
hanc humilitatem? Cur superbiam, dum per se  
nihil habere possum nisi à DEO? Recordare sem-  
per, quid sit DEUS? quid tu? quid mundus?  
stultum ex alieno gloriari. Et quidquid habes,  
puta nihil se habere, nisi DEI, & glorifica Nomen  
ejus in humilitate.

## O R A T I O

*Humilitatis.*

**H**UMiliavit semetipsum Dominus noster  
JESUS Christus, obediens factus est  
usq; ad mortem, mortem autem Crucis: &  
ego vilissimus terræ vermiculus, ego pulvis  
& cinis, ego peccatorum maximus, qui mil-  
lies infernum merui, non vereor me animo  
efferre? Propitius esto mihi Domine: a-  
gnosco & detestor execrabilem arrogantiam  
meam. Ne, obsecro, cum superbo Lucife-  
ro ejusq; Affeclis, in gehennæ barathrum  
me deturbes; convertere, & eripe animam  
meam: adiuva me, & salvum me fac pro-  
pter misericordiam Tuam. Elegi in poste-  
rum abjectus esse in Domo DEI mei ma-  
gis quàm habitare in tabernaculis peccato-  
rum. *Psal. 83.*

## ARCHI-NOVENNA

*Laudis Sanctissimæ TRINITATIS.*

**H**Oc est certum, per Creationem Mundi & omni-  
um,

um, nihil DEO commodi & Gratia accessisse, quia ex ipso, sine Principio à quo fuit, ab eterno, est, & sine fine in aeternum erit perfectissimus. Imò, quidquid est & esse potest, ab ipso procedit. Tamen, ut hanc gratiam & laudem suam alijs communicaret, creavit Cælum, visibilem suam habitationem, ut Creaturam suam ea beatifica sui visione æternè recrearet; divisitque hanc gloriam suam in Novem Partes. Primam sibi, in Se habet Deitas in Trinitate unitatis suam propriam Gloriam, ad Creaturam nihil pertinentem, quia soli DEO per Adorationem Cultus Latriæ debetur. Secundam se minorem. Quia Creatura, sed singulari, quia ab eterno ordinata & propter se electa: idè præ Omnibus Sanctis maiori, assignavit B. M. V. Matri Filij sui Domini nostri JESU Christi. Tertiam Omnibus Sanctis Angelis. Quartam Patriarchis & Prophetis. Quintam Apostolis & Discipulis Christi Domini. Sextam Martyribus. Septimam Confessoribus. Octavam Virginibus. Nonam Omnibus Sanctis, cujuscunque status & sexus. Si itaq; sine ulla sua necessitate, sed ex ratione amoris sui erga nos, Creaturam summa fecit hæc Bonitas Divina, etiam Angeli hanc incessanter consententur gratitudinem magnificando Nomen ejus: cur & nos homines, licet in hac lachrymarum valle in exilio non laudabimus Dominum? Idè, si habes ad aliud Novennas, Septennas, &c. Devotionem, singulariter, sis in hac devotus, per quam,  
Primo

Primo ex ipsius Deitate, tum per Sanctos est ipsa laus & gloria. Ideò, singulari indiget recommendatione, quia universaliter in se complectitur Devotiones & singularia obtinendæ gratiæ Divinæ Privilegia.

## MODUS ABSOLVENDÆ ARCHI-NOVENNÆ.

I. **P**ER Novem dies Dominicos, quolibet Confessionem cum communionem absolvere; si es impeditus, potes non consequenter.

2. Quolibet die Dominico ex his Novem. I. Die Dominico per Deitatem. II. Per B. M. Virginem. III. Per Sanctos Angelos. IV. Per Patriarchas & Prophetas. V. Per Apostolos, Evangelistas, & Discipulos Christi Domini. VI. Per Martyres. VII. Per Confessores VIII. Per Virgines. IX. Per omnes Sanctos cujuscunq; status da Honorem DEO, in cujus Intentionem Novem Orationes Dominicas, & totidem Salutationes Angelicas & post singula Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus DEUS Sabaoth, &c. Gloria Patri & Filio &c. recitabis, Elemosynam da ex sua voluntate.

3. Quolibet die Dominico offer DEO intentionem petitionis suæ, cum vera Fide, Spe, & Charitate, erga DEUM effundendo se absolute resignare voluntatem suam in voluntatem ejus. Mirabiles hæc Archi-Novenna habet suos effectus efficacissimos

*simos ad consequendum id quod DEO placuerit,  
potissimum benedictionis Divinae Brevi agnosces.*

## O R A T I O

*Pro quolibet Die Dominico.*

IN PRIMA DOMINICA.

**D**EUS Abraham, DEUS Isaac, DEUS Jacob! ô Adonay! Tibi soli laus & Honor sit ab omni Creatura Tua nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Sed quis hæc sufficienter adimplebit? impossibile. Dum itaq; ipsa tibi voluntas nostra sufficit, ecce perfectissimo affectu adoro Sanctissimum Nomen Tuum, hodierna hac, licet per me indignum, Devotione. Et pro mājori perfectione, quia scis & vides imperfectiones meas, per Nomen Tuum, quod hodierna Devotione (in Tua Divina essentia) magnifico: bonitate Tua Divina supplere digneris imperfectionem meam, sit tibi ex te ipso & per te ipsum perfectissima laus & Honor in sæcula sæculorum. Ad hæc, si possibile ex voluntate Tua (per Nomen Tuum) quaeso, ut hoc N. ex bonitate Tua, in laudem Tuam & meam salutem obtineam, Amen.

*Intra parentesim quamvis ut supra, pro quolibet Die Dominico addes propria, ut habes infra.*

II. Dominica (In Nomine Beatæ MARIÆ Virginis, & ejus meritis)

(Per

(Per Nomen B. M. V. & ejus merita)

III. *Dominica.* (In Nomine Omnium Sancto-  
rum Angelorum & eorum meritis)

(Per Nomina Omnium Sanctorum An-  
gelorum & eorum merita)

IV. *Dominica.* (In Nomine Sanctorum Patri-  
archarum & Prophetarum & eorum  
meritis)

(Per Nomina Omnium Sanctorum Pa-  
triarcharum & Prophetarum & eorum  
merita)

V. *Dominica.* (In Nomine Sanctorum Apo-  
stolorum & Discipulorum Christi Do-  
mini, & eorum meritis)

(Per Nomina Sanctorum Apostolorum  
& Discipulorum Christi Domini, &  
eorum merita)

VI. *Dominica.* (In Nomine Sanctorum Mar-  
tyrum & eorum meritis)

(Per Nomen Sanctorum Martyrum &  
eorum merita)

VII. *Dominica.* (In Nomine Sanctorum Con-  
fessorum & eorum meritis)

(Per Nomina Sanctorum Confessorum  
& eorum merita)

VIII. *Dominica.* (In Nomine Sanctarum Vir-  
ginum, & earum meritis)

(Per Nomina Sanctarum Virginum, &  
earum merita)

IX. *De-*

IX. *Dominica.* (In Nomine Omnium Sanctorum cujuscunque status & eorum meritis)  
(Per Nomina Omnium Sanctorum cujuscunque status, & eorum merita)

SOCIETAS SERAPHICA,  
Continui Honoris Sanctissimæ  
TRINITATIS.

*Hic Cracovia primò in Capella Compassionis Christi Domini ad Eccl. S. Francisci fundata.*

Conditiones ejusdem Societatis  
Seraphicæ.

1. **C**urandum est omni conatu, propter oculos ascedendum, quomodo mente & corde presentem tibi verè & realiter DEUM volvas, teq; ab illo conspici: omnes vias tuas, cogitationes, actionesq; presentes considerari, futuras præsciri, & nihil absconditum esse ab oculis ejus, tibi persuadendum. Quapropter, omni Iuri, quod in te habetur, tanquam à DEO collato, reverenter subesse velis.

2. Quoties, cogitatione presentem DEUM apprehendes, toties cum omni demissione, utpote Creatura, Creatorem humillimè, revereberis, & Adorabis. In cujus Reverentia signum, Annulum Societatis (quem propter expeditiorem memoriam Præsentia DEI digito deferres consecratum) una

cum

cum manu pectori admove, actu interno amoris in DEUM excitato.

3. Et quoniam homini quovis momento Præsentia DEI in oculis, corde & mente herere debeat, multò magis tibi, pro tunc dum oras: Oras inquam veluti iam ex Societate hac Seraphinorum Cælestium Socius throno DEI assistentium, & affiducè Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. canentium: proinde, semel saltem in die illorum Officio fungeris, & aliquo exiguo intervallo, semotis pro tunc omnibus cogitationibus, actionibus ve secularibus, sola tantummodo Præsentia DEI proposita, cogitando seriò etiam te in Conspectu DEI realiter stare, & cum illo colloqui arbitraberis. Quod si verò propter aliquas distractiones recitare integram Coronam Sanctissimæ TRINITATIS non poteris; sufficiet cum pari affectu & devotione, unum Pater noster, & ter, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus DEUS Exercituum: Pleni sunt Cæli & Terra gloria ejus. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto &c. in fine Credo. Pariter, cum aliàs preces suas aggredi volueris, eandem intentionem premittere. Quoties Divinus Honor, ipsiusq; præsentia cogitationi sese offeret, præsertim ad hæc verba, Sanctificetur Nomen Tuum, sive ipsemet eloquaris, sive ad S. Missæ Sacrificium Sacerdotem eadem verba proferentem: vel in Præfatione. Sanctus (quando ordinariè datur Campanæ signum) sive Gloria

Gloria in Excelsis, *sive* quidpiam de Gloria DEI audias, fac, saltem internam DEO adorationem.

4. Semper apprehende & agnosce nihilum tuum, Mundiq; vilitatem, Divinitatem verò infinitam: & quolibet die recole quidpiam ex Attributis DEI, nempe. Omnipotentiam, Æternitatem, Sapientiam, Bonitatem, Iustitiam, Misericordiam, Protectionem, Durationem, Honorem, Gloriam, &c. Gaude de illis cum adoratione per hæc verba, Sanctificetur Nomen Tuum. Idem exequeris quoties audieris Campanæ sonum ad preces, vel alias Ecclesiæ Devotiones; vel quoties adverteris aut audiveris de aliquo bono tuo, vel proximi tui. Si verò ad meditandum inhabilis vel occupatus sis, sufficit tibi desiderium, quod nimirum ex intentione bona, eadem verba proferes, vel cum reverentia de DEO cogitabis. Sanctificetur Nomen Tuum.

5. Curandum, ut nulli rei mundanæ tantum fidas, quantum DEO. In illius solius sinu reponatur spes & fiducia tua. Quidquid enim est, vel esse potest boni, etiam si hic, & nunc, & per alium conferatur, nihilominus primario fuit à DEO, & absq; ejus voluntate esse nequit. Quapropter semper te de arbitrio ejus permittite; disponat tecum & cum Tuis omnibus, prout vult ad Gloriam suam. Et scito, quod nihil adversi patieris, quod sit præter ipsius voluntatem. Unde non sis scrutator Iudiciorum DEI. Pateris adversa? non deijciaris animo,

animo, crede (quanquam & evidens tibi sit) quod hæc sit voluntas Domini tui, vel enim Punit te, vel Probat si punit, erga melius, si hic urit, secat, modo in æternum parcat; tu pete patientiam. Si probat te; & hoc in melius tuum, si patienter sustinueris. Quodsi verò solatijs abundas? id non tuis meritis, dignitati, industria, ingenioq; attribue, sed DEI Bonitati. Quapropter in qualibet occasione cum humilitate & contritione, & cum firma fide accomoda te Divinae voluntati in hæc verba. Fiat voluntas Tua, sicut in Cælo, & in terra, modo hoc in gratia Tua fiat.

6. Assiduè excita in te, & habe sincerum, sine tui commodi respectu, in DEUM Amorem, quod illum non ob cælum & præmia diligis; nec ob timorem Inferni & pænarum, metuis; sed quod ejusmodi amore ab omni Creatura ex Se dignus sit in æternum.

7. In augmentum veri erga DEUM amoris, imaginem illius, id est, proximum tuum ama, sicut teipsum; & quolibet die, non expecta Occasiones, id omnino cura, si non opere quale est Eleemosyna, Consilium, Institutio, Concordia, Auxilium, vel quævis alia, saltem Intentione idem charitatis proximi officium præsta ob amorem DEI. Inimicis verò tuis benefaciendo, & optando benè, offensas omnes condona. Adimplendo veram dilectionem DEI, per dilectionem proximi: verum tamen, saltem semel quolibet anno secundum posse tuum &

arbitrium, largire Eleemosynam ad hanc Societatem, vel etiam impetra, & quoties contigerit, alios quoque ad idem permove: quam Eleemosynam, sub pena Excommunicationis Bullæ Cænæ Domini Societas, in aliquid aliud non expendet aut congeret, præterquam in Redemptionem Captivorum vel promotionem ejusdem Societatis.

8. In nulla dubia, circa fidem, te ingeres. Si verò quid adversi ex tentationibus senseris? dic & cogita hæc. Credo ita quemadmodum tenor credere, & sicut Ecclesia Sancta Catholica credit.

9. Quidquid, quandoque boni facies, etiam tibi necessarij, operare hilariter, non ut Hypocrita, semper autem intentionem eleva, quod non ad tuum commodum, verum ad DEI gloriam facis ex ipsiusmet DEI voluntate: Quapropter, tunc opportunum esset proverbium Cedat hoc ad DEI gloriam aut. Non nobis Domine non nobis, sed Nomini Tuo fac Gloriam, & his similia.

10. Ut per hanc Societatem assidua ex nobis sit DEO gloria, elige diem & horam, vel plures in Anno, adhuc à nullo electos dies, iuxta sortem. Hac die confiteberis, & communicabis, & illa hora, habito in mente presente DEO, recitabis Coronam Sanctissimæ TRINITATIS quam cum maxima poteris devotione & reverentia Divinitatis; & per Bonitatem ejus pro necessitatibus Ecclesie, & ad intentionem illius, pro Societate vivorum & mortuo-

Et mortuorum orabis; teq; ipsum in manus DEI  
 resignabis, Et ut illi servias, Nomenq; ejus in eter-  
 num laudes, postulabis. Recogitabis Attributa DEI,  
 Qui verò propter justam rationem, vel ineptitudi-  
 nem, hanc annuam Devotionem adimplere per se  
 non poterit, ne dies ejus Et hora vacet, per quem-  
 piam alium satisfacere huic potest, data Elëmosy-  
 na pro Redimendis Captivis. Verumtamen Con-  
 fessio Et Sacra Communio, eo die, vel liberiori tem-  
 pore, ad hanc intentionem absolvenda est. Inscr-  
 ibendo te in hanc Societatem, pro Redemptione Ca-  
 ptivorum: iuxta posse aut velle tuum da Elëmosy-  
 nam. Infirmos, Et qui in locum Societatis, ut in-  
 scribantur, venire nequeunt, Pater Promotor per  
 se, vel per alium à se Ordinatum, potest eodem  
 modo Societati annumerare, Et inscribere, modo  
 Nomina Et Cognomina eorum, ad inscribendum in  
 Album Societatis, transmittantur ad Patrem Pro-  
 motorem, cum expressione sortium Dierum Et Ho-  
 rarum, quæ illis cessere.

Hæ Leges, veluti Et aliarum Confraternitatum,  
 non obligant sub peccato; attamen propter conse-  
 quendas Indulgentias à Sede Apostolica concessas,  
 innumerabiles gratias DEI, quas omnes assiduò in-  
 de hauriunt, Et propter perfectionem magis dispo-  
 sitiam ad æternam salutem, æquum est, ut his omni-  
 bus asvescamus hoc modo.

Per

Ga

Per Compendium Conditiones ejusdem Societatis Seraphicæ.

QUOTIDIANÆ CONDITIONES.

1. **C**ontinuè curandus habitus quotidianus virtutum Theologicarum trium. Fidei, Spei, Charitatis, h. e. 1. Credere semper in DEUM Trinum & Unum; & ubiq; Præsentiam DEI habere, adorareque. 2. In solo DEO spem habere in omni occasione: & semper in ejus voluntatem absolute se resignare 3. sine omni respectu diligere Dominum DEUM Tuum ex toto corde & anima; & proximum sicut te ipsum.

2. Quotidie Coronam Sanctissimæ TRINITATIS dicere, (qui nescit legere, potest sine Antiphonis) aut saltem unum Pater noster, & tribus vicibus. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus DEUS Sabaoth. Pleni sunt Cæli & terra Majestatis gloriæ Tuæ. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. &c. In fine, Credo. Sed sine distractione, remotis prorsus omnibus actionibus & cogitationibus alijs, nisi soli Præsentia Divinæ cum Adoratione attenti.

3. Portare Societatis Annulum, propter celebriorem & frequentioremem commemorationem Præsentia Divinæ.

ANNUÆ CONDITIONES.

1. **I**N die illa, quæ tibi ex Societate Seraphicâ sorte Divina cecidit, Confitendum & Communican-

*municandum SS. Eucharistia SACRAMENTUM,  
Tum hora illa orandum. Impediti, vel expedire  
protunc hanc Devotionem suam non valentes, lici-  
tum per alios. Tamen Confessio cum Communio-  
ne, alio captivo oportuno tempore, in eam intentio-  
nem sunt expedienda, & Eleemosyna pro Redi-  
mendis Captivis impertienda.*

C O R O N A  
S E R A P H I C A,  
*Sanctissima & Individua TRINITATIS.*

In Nomine PATRIS, ✠ & FILII, ✠ &  
SPIRITUS Sancti, ✠ Amen.

*Præceptis salutaribus moniti, & Divina In-  
stitutione formati audemus dicere:*

Pater noster, qui es in Cælis, &c.

H Y M N U S. *Apoc: Cap: 7.*

CLaritas, Virtus, Benedictioque,  
Laudus, Honor, Grates pia Fortitudo,  
Sit DEO nostro, sapiensq; cultus,  
Astra regenti.

*Decies recita Trisagium Seraphicum:*

SANctus, SANctus, SANctus Dominus DEUS  
Sabaoth: pleni sunt Cæli & terra glo-  
riâ ejus.

*Finita Decade dic:*

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S. &c.

**C**Ujus ad nutum stetit orbis, ex quo,  
Cuncta dimanant, referuntur ad quem,  
Permanent in quo; canat omne plasma.  
Ejus Honorem.

*Sic expeditis tribus Decadibus; recitetur:*

*Symbolum Apostolorum.*

Credo in DEUM Patrem Omnipotentem,  
Creatorem, &c.

*Fit à Coronâ cum sequentibus Orationibus  
ad libitum positis, dicatur:*

P S A L M U S II 6.

**L**Audate Dominum omnes gentes, lauda-  
te eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos mise-  
ricordia ejus: & veritas Domini manet in  
æternum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto,  
Sicut erat in principio, & nunc, & sem-  
per, & in sæcula sæculorum, Amen.

## HYMNUS RHYTMICUS

*De Sanctissima TRINITATE.*

In Nomine PATRIS, ✠ & FILII, ✠ &  
SPIRITUS Sancti, ✠ Amen.

**P**ROfitentes Unitatem,  
Veneremur TRINITATEM,  
Patri reverentia.

Tres

Tres Personas asserentes,

Personali differentes,

A se differentiâ.

Hæc dicuntur relativè,

Cùm sint Unum Substantivè;

Non tria Principia.

Sive dicas tres vel tria;

Simplex tamen est ac una,

Non triplex Essentia.

Simplex esse, simplex posse,

Simplex velle, simplex nosse,

Cuncta sunt simplicia.

Non unius quàm duarum,

Sive trium Personarum,

Minor efficacia.

Pater, Verbum, Sacrum Flamen,

DEUS Unus: sed hi tamen,

Habent quædam propria.

Una Virtus, unum Numen,

Unus Splendor, unum Lumen,

Cuncta sunt hic paria.

Patri Natus est æqualis,

Nec hoc tollit personalis,

Amborum distinctio.

Patri compar Filioque;

Spiritualis ab utroque,

Procedit connexio.

Non humana ratione,

Capi possunt hæ Personæ;

Nec harum discretio.

Non hic ordo temporalis,

Non hic fitus, vel localis,

Rerum circumscriptio

Nil in DEO, præter DEUM,

Nulla Causa præter eum,

Qui causat causalia.

Dignè loqui de Personis,

Vim transcendit rationis,

Superat ingenia.

Qui sit gigni, quid processus,

Nescit homo: licet gressus,

Tendat per sublimia.

Quisquis credit, non festinet;

Et à via non declinet,

Abiens per devia.

Servet fidem, formet mores,

Nec deflectat ad errores.

Credat, quod Ecclesia.

Ut in una jam moramur,

Sic in una moriamur,

Fidei constantiâ.

Trinæ sit laus Unitati,

Sit & simplæ Trinitati,

Coæterna gloria, Amen.

## ACTUS EXCELLENTISSIMUS

*Adorationis ipsius Deitatis.*

**M**agne DEUS, REX Regum, & Domine  
Dominantium, ô Adonay PATER FILI &

SPIRI-

SPIRITUS Sancte, ô *Tetragrammaton*, in TRI-  
 NITATE Unus DEUS. En ego N. Creatu-  
 ra quidem Tua, sed maximus peccator pro-  
 cedens ex Abyſſo Vilitatis meæ, tanquam de  
 palude ſua ranuncula, audeo comparere an-  
 te Tuam tantam Divinam Majestatem, sed  
 fretus bonitate tua. Et ideo proſterno me  
 in Centrum nihilo mei coram te, & reco-  
 gnoſco Te DEUM ac Dominum meum.  
*Primum Principium & Ultimum Finem meum.*  
 Teq; toto meo affectu tibi debito, mihi poſ-  
 ſibili Adoro, Laudo, Glorifico, Benedico,  
 Magnifico, Exalto, & superexalto super o-  
 mnes & ſingulas Perfectiones creatas.

Adoro, Laudo, Glorifico, Tuam *Eſſentiam*  
 quâ Tibi, Te ſolo ſufficis, & à Te es, quid-  
 quid es. Tuam *Immutabilitatem & Immorta-*  
*litatem* qua ſemper idem es, & anni tui non  
 deficient. Tuam *Eternitatem* qua, priuſ-  
 quam firmaretur Orbis & terra, à ſæculo  
 Tu es. Tuam *Immenſitatem* qua Cælum &  
 terram imples. Tuam *Omnipotentiam*, cui  
 non eſt impoſſibile omne *Verbum*, Tuam *Sa-*  
*pientiam* qua comprehendis Te ipſum, & o-  
 mnia poſſibilia præterita, præſentia, & futura,  
 ita ut omnia nuda ſint & aperta oculis tuis.  
 Tuam abſolutam *Voluntatem* omneſque tuas  
 virtutes, Proprietates, Attributiones, & Perfe-  
 ctiones. *Charitatem, Miſericordiam, Juſtitiam,*  
 Magnitu-

Magnitudinem, Bonitatem, Benignitatem, Potentiam, Durationem, Perfectionem, Pulchritudinem, Beatitudinem, Infinitam essentiam Tuum Lumen & Fundamentum. Mirificum Iubileum & Sabbathum magnum. Tuam Magnificentiam, Tuum Amorem omnia Vivificantem, Accendentem, amicitias in singulis in perpetuum pacis fœdus Conciliantem, Tuum Honorem, Laudem, & Gloriam, Tuum Regnum & Finem omnium. Tuos *Actus* liberos Tuam de rebus omnibus Providentiam, Prædestinationem Electorum, Reprobationem damnatorum. Tuum admirabile in Unitate Trinitatis Mysterium, Tuas Personalitates, Proprietates, Origines, Relationes, Notiones Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus DEUS Sabaoth, plena est omnis terra gloria Tua. Benedictio & Claritas, & Honor Tibi DEO nostro ab omnibus, in omnibus, super omnia sit nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

## MEDITATIO PRO DIE DOMINICO

De *ÆTERNA BEATITUDINE.*

1. *Imaginare tibi amplissimum & pulcherrimum Beatorum domicilium, in eoq; DEUM. & Angelos.*
2. *Pete gratiam, ut quantum fieri potest, Calorem illam gloriam prospicere & agnoscere possis.*

PUN-

## PUNCTUM I.

**C**onsidera, quid sit beatitudo? Status bonorum Omnium aggregatione perfectus, sine admixtione ullius mali, in quo beati securè cum plenissima desiderij facietate conquiescunt, iuxta illud. Psal. 16.

Saturabor cum apparuerit gloria Tua. Affectus. Quid ergo mihi est in Cælo & à te? quid volui super terram? defecit caro mea, & cor meum, DEUS cordis mei, & Pars mea DEUS in æternum. Psal. 72.

## PUNCTUM II.

**C**onsidera, quàm suavis mansio in illa Civitate Cælesti (cujus muri, portæ plateæ &c. claritas describitur Apoc. 21.) sit futura Christi B. M. V. Angelorum, & SS. Familiaritas, ubi omnes cum DEO, & DEUS cum omnibus intimè erit conjunctus, ubi summi infimos sine ullo defectu, & infimi summos sine invidia amplexabuntur. Affectus? Quam dilecta tabernacula Tua Domine virrutum: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum & caro mea exultaverunt in DEUM vivum. Psal. 83.

## PUNCTUM III.

**C**onsidera gloriæ diversitatem. 1. Cor: 15. 41. Alia est claritas solis, alia Lunæ, alia Stellarum, Stella enim à Stella differt in clarita-

claritate: sic & resurrectio mortuorum.  
 Nam quò plus boni quisq; in hac vita præstiterit,  
 & pro DEO sustinuerit, tantò major erit ejusdem  
 gloria: Affectus. Et ego ubique Crucem & la-  
 bores non subterfugiam: Colloquium. Age Deo  
 gratias, quòd tantum tibi præparuerit premium,  
 pro tam exiguis ipsi præstitis obsequijs. Accusa  
 ingratitude & negligentiam tuam. Hæc me-  
 ditatio, & sequentes, quas in fine uniuscujusque  
 diei per Septimanam habes connotata, expe-  
 dienda brevibus: pro majori & meliori Ani-  
 ma tuæ erga DEUM dispositione  
 & perfectione.



DEVO-

DE VOTIO  
FERIA SECUNDA,  
Laus DEO in Sanctis Ejus.



Ine dubio, imò credendum omnino,  
per ipsum solum JESUM Chri-  
stum Filium DEI, nos esse salvatos;  
& ipse solus est, inter nos & DE-  
UM Patrem Mediator. Unde mul-  
ti errant, qui Sanctos observantes, & illis hono-  
rem exhibentes, Idolatras esse putant, cum & illi  
sciunt, quid sit DEUS, quid Homo, quid Creator,  
& quid Creatura: tum, quomodo gratiæ Divinæ  
à Creatore in Creatura sint observandæ, per quod  
augetur honor Divinus. Laudate Dominum in  
Sanctis ejus. Psal. 15. admonemur. Et ibi-  
dem, manifestum est, quid propter illos testetur  
DEUS. Laudate eum in Virtutibus ejus:  
laudate eum secundum multitudinem ma-  
gnitudinis ejus. Et quæ sunt istæ Virtutes &  
multitudo magnitudinis ejus in Sanctis? quia ipso-  
rum pro nobis Intercessio, sufficit pro Virtute &  
benedictione. O quam sæpissimè Regibus Regnis,  
Civitatibus, populo peccanti ad Instantiam Sancto-  
rum pepercit DEUS! etiam & propter Nomen  
mortuorum? quoties pro Iniuria illorum offensus  
erat Dominus. Num: 164. Reg: 2. Si multa  
præstitit,

præstitit, propter dilectos suos, adhuc in carne conditionis nature humane, in statu imperfectionis, existentes? Et quid non plura, iam in statu Et loco perfectionis, amicis suis? Hic orabant, Et exaudivit DEUS preces eorum; an Cælum, ubi est tota perfectio, separavit nos ab amore ipsorum, vel imperfectiores reddidit? Dicunt Heretici ex Evangelio Luc: 16. Sed contra se, de Divate sicut Filij tenebrarum, lucem videre non possunt. Petit Dives Abrahamum, ut dimittat ex sinu suo Lasarum, ut intingat unâ guttâ aquæ linguam ejus. Considera, Petit Dives, nonne Sanctum? sciens validam esse Intercessionem Sanctorum. Ad quid petit aquæ guttam? ut extinguat vel leniat ardorem: ergò agnoscit, quàm magnæ sunt Virtutes Sanctorum, Et multitudo magnitudinis eorum, quia etiam de Cælo possunt nos juvare, refocillare Et de Divinis gratijs multa tribuere. Quomodo ipsi Abraham respondit? Satius docet, quid hoc est inter nos & vos magna abyssus. Quæ ista Abyssus adhuc magna? ecce ibidem superius habes mortuus est Dives & sepultus in inferno. Ubi non in hoc inferno, (dico purgatorio) ad quod DEUS ducit Et reducit. 1. Reg: 2. sed ubi nulla est redemptio. Quare? quia iam sepultus non in aprico postus. Adhuc plura ex eodem textu apparent, quia non petit redemptionem, liberationem, sciens ut sepultus, iam esse impossibilem, sed modo petit in vim refocillationis de aqua,

aqua, videlicet de meritis, & per media Sancto-  
 rum: quod erat sine effectu ipsi quia à longè.  
 Nobis verò viventibus in mundo, nondum sepultis  
 in inferno, adhuc in statu ad gratiam propè sunt  
 Sancti? Insuper ibidem, si iam iste Dives damna-  
 tus quia sepultus, ubi tota imperfectio, plena Odij &  
 invidiarum, tantum amoris, affectus, respectus er-  
 ga suos habuit Fratres & amicos, & de illis solli-  
 citus est, quia rogabat, ut illos posset monere &  
 narrare, quid cum illo agatur, & quid sit ipsis  
 vitandum; quid non plùs Sancti DEI, ubi est per-  
 fectissimus amor, semper proximi & dilecti amici,  
 felicitatis aeternae, omnes nos unà secum habere vo-  
 lentes, recordentur, & sint solliciti de nobis? Insu-  
 per & ipse Christus hæc nos docuit in Nuptijs Ca-  
 nae Gallilææ: Respondet Matri intercedenti, Mu-  
 lier nondum venit hora. Ioann: 5. Non  
 dixit JESUS: Mater, sed Mulier, quia Divinum  
 querebat opus, ex nihilo quid facere. Vinum  
 non habent, ut habeant; itaque non ut Filius  
 Matri, sed ut DEUS Creaturæ suæ homini respon-  
 det, videlicet; siquidem adhuc DEUS pro origina-  
 li peccato non erat deprecatus. O mirabilis DE-  
 US! quæ bonæ dilectis tuis ante præstitisti! nemo  
 tamen illum vidit, nec quidem dilectus ejus Moyses.  
 Faciem meam non videbis, dixit Dominus,  
 Cur? nondum enim venit hora. Et quæ est  
 ista hora? Ecce in Cruce revelatur. Consumma-  
 tum est, Ioann: 11. & omnia adimpleta  
 sunt.

sunt. En habes horam qua iam valida Inter-  
 cesso Sanctorum. Si omnia, ergo & Ira DEI  
 sanguine & morte Christi placata, restituta gratia,  
 iam iam reconciliatus DEUS. Nunc venit hora  
 per JESUM Christum Mediatorem, & Salvato-  
 rem nostrum, & Sanctorum precibus, ipso medi-  
 ante, amicis suis, non recusabit, sed & videre se  
 ante, & nunc in Sanctissimo SACRAMENTO per-  
 misit. Qui videt me, videt & Patrem me-  
 um; ego sum in Patre, & Pater in me est.  
 Ioann: 14. Iam nunc cum simus iustificati in fi-  
 de, habeamus pacem cum DEO, per Dominum no-  
 strum JESUM Christum, per quem etiam habe-  
 mus accessum, per fidem ad hanc gratiam in qua  
 sumus, & gloriamur, in spe gloria Filiorum DEI,  
 dicit S. Paulus 5. Rom: Quam queso iste  
 Sanctus commemorat gratiam? & quorum filio-  
 rum DEI spem gloria, si non Sanctorum? Sunt,  
 & plura documenta, sed quid pertinacibus! Am-  
 bulent itaq; filij tenebrarum in tenebris; nos mi-  
 nus confidentes perfectioni, sic ad Dominum in hu-  
 militate, quoniam venit hora, & noster Mediator  
 Christus Dominus DEUM Patrem pro nobis de-  
 precatus est, oremus cum Sanctis audacius, ut sub-  
 eorum favoribus simus digniores, capacioresq; gra-  
 tia Divina, & sit perfectior laus ejus in Sanctis  
 ejus.

ORA-

## ORATIO DOMINICA,

*Pater noster, qui es in Cælis.*

**O** Pater æterne! in cujus Domo Mansiones multæ sunt, ubi Electis Filijs Tuis paravit unigenitus Tuus, ad quem possidendum, iam plurimi ipso Duce feliciter pervenerunt, & nunc revelata facie vident Te suavissimum Patrem suum. Ecce nos Exules Filij Evæ, de exilio ad Patriam, imò ad Te Patrem nostrum, intimis votis & suspirijs anhelamus, itq; tanto ardentius & confidentius, quia fratres nostros olim Carnis & naturæ conditione nobis similes illuc iam nos precessisse novimus, unde & nos Tuâ gratiâ per eorum vestigia & patrocina eo perventuros speramus. Nam qui tam abundanter replet in bonis desiderium eorum, num & nobis ut pote Filijs suis unam benedictionem non reservaverit. Meritorum quidem & Iustitiæ nostræ, Fiduciam non habemus. Sed quia Copiosa Filij Tui redemptio, non relinquit nos meritis inopes, hæc Tibi pie Pater imprimis obtendimus. O Pater respice in Faciem Christi Tui, in quo Tibi benè complacuit. Et ecce supplices quoq; pro nobis ad Thronum gloriæ Tuæ, veniunt ipsi Electi Tui, Fratres nostri (unum enim eundemq; Patrem habemus in

H

Cælis)

Cælis) iam quidem de salute sua securi, sed de nostra solliciti. Nam & nos sibi coheredes habere desiderant & Orationibus meritisque suis nos ad Portum felicitatis provehere satagunt. Horum quoque Intuitu nos ô Clemens exaudi, qui propter dilectos tuos Abraham, Isaac, Jacob, Davidem non semel propitium & beneficium in alijs Te fore promissisti. Itaq; ante omnia petimus ut.

I. *Sanctificetur Nomen Tuum.*

**A**Doramus Te Sanctissime DEUS, quia Tibi soli debetur omnis honor, & gloria; unde & honorem & Amorem Sancti Nominis per nos semper, & ubique diffundi & promoveri rogamus. Omne quid agimus, dicimus, cogitamus, ad solius Tui gloriam dirigi volumus & opramus. Ad hoc, sicut excitamur exemplo, utinam sic & adiuvemur auxilio B. V. M. quæ electa in Matrem Filii DEI magnificabat non se ipsam, sed Dominum, eò quod respexisset humilitatem Ancillæ suæ, & fecisset illi magna qui potens est & sanctum Nomen ejus. Itidem nos movent Sancti Angeli, quorum unicum officium & Studium est, sanctificare & laudare Nomen Domini, unde & indefinenter Tibi canunt, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, Nato autem Salvatore mox gloriam Deo in Excelsis concinunt, sed neq;

nunc

nunc desinunt laudare Deum, quin & nos ad Deum per sancta opera sanctificandum identidem monitis & instinctibus suis exstimulant. Sic ergo luceat Lux nostra, sic opera pateant, ut qui vident, Deum inde glorificent.

2. *Adueniat Regnum Tuum.*

**A**Doramus Te Domine, quia Rex es summæ Majestatis & potentia, & per Filium fecisti nos heredes Regni tui. Vnde & per preces, lachrymas, gemitus & suspiria SS. Patriarcharum & Prophetarum, rogamus, ut quemadmodum illi Regnum novi & æterni Regis Messia, in quam Filii tui Adventum in carne tot Suspirijs & ardentissimis votis desiderarunt, ut veniret tandem Rex ille mansuetus, pacificus, Rex gloria, potens in prælio, desideratus tam diu cunctis gentibus, sessurus in sede David Patris sui, & redempturus Israel. Neq; enim licebat illis ingredi in Regnum Dei, nisi prius introiret Rex gloria, aditumq; patefaceret. Sic & nos patefacti iam Regni Cælestis Introitu, desideramus ab Incolatu hujus sæculi ad Regnum Majestatis Tuæ citius perducì, ubi melior est dies una super millia in Tabernaculis peccatorum. O Beati qui habitant in Domo Tua Domine. O

Regnum Tuum? Regnum omnium sæculorum! O quando perveniet in nos Regnum Dei.

3. *Fiat voluntas Tua, sicut in Cælo  
& in Terra.*

**A**Doramus Te Pater suavissime quia non vis, nec potes velle, nisi quod iustum, sanctum, & salutare est, unde & supplices oramus per merita & intercessionem SS. Apostolorum, & Discipulorum tuorum, ut sicut illi vocati ad Te, promptissime voluntati Tuæ paruerunt, dum ad unius iussionis vocem mox relictis omnibus te secuti sunt, & demum iussi ire in mundum univrsum ad prædicandum Evangelium nullis difficultatibus aut remoris absterrii susceperunt onus impositum; & hoc unum deinceps egerunt, ut homines docerent facere voluntatem Dei, & servare mandata ejus, quorum observantia, unica est homini ad salutem via, ita inquam fac, ut & nos studeamus cognoscere quæ sit voluntas Dei bona, placens, & perfecta; cognitam verò perficere seridè curemus; ne simus ex ijs, qui scientes Dei voluntatem, nec facientes, plagis multis fiunt obnoxij. Da quod Iubes Domine, & jube quod vis.

4. *Panem*

4. *Panem nostrum quotidianum  
da nobis hodie.*

**A**Doramus Te benignissime Pater, quia pascis nos à Iuventute nostra, & tam corpori quam animæ, Paterno affectu necessaria provides. Unde & precamur te per merita Patrociniæ SS. Martyrum Tuorum, ut sicut illos in hoc sæculo, inter tot presuras, pœnas, & certamina, cibasti pane lachrymarum in mensura; sed & sæpe aluisti eos in fame, vel certe (quia non in solo pane Terreno vivit homo) pane filiorum, id est patientiæ, spei Verbi Tui, & Consolationis pane vitæ & intellectus confirmasti cor eorum, nunc vero vincen- tibus das edere de ligno vitæ, quod est in medio Paradisi tui. Sic & nobis in tot vitæ hujus angustijs & necessitatibus dare digneris escam corporis & animæ in tempore opportuno, ne deficiamus in via, qua sus- tinemus & sequimur Te, Utinam assequamur, & satiemur cum ipsis nos quoq; ab Ubertate Domus DEI.

5. *Et dimitte nobis debita nostra. &c.*

**A**Doramus Te Pater, benignissime, & Misericordissime, quia multus es ad igno- scendum, & præstabilis super malitia. Un- de & sup-

III FERIA SECUNDA.

de & supplices rogamus Te, per merita & Intercessionem SS. Confessorum, Tuorum, ut sicut illi viscera charitatis & misericordiae erga Proximos, nunquam clausa gesserunt, quin omnes offensas & iniurias libenter & ultrò dimiserunt Inimicis suis, orarunt pro persequentibus se, & benefecerunt his, qui oderunt eos, sic & nos promissimus ad dimittendum Proximis propter Te, ut Tu vicissim facilius sis ad ignoscendum nobis & propitius fias peccatis nostris, neque secundum Iniquitates nostras retribuas nobis.

6. *Et ne nos inducas in Tentationem.*

**A**Doramus, Te Pater amantissime, qui neminem tentas, sed intentator malorum es. Undè & humiliter supplicamus per merita & Orationes SS. Virginum, ut sicut illae, licet aetate, sexu, ac viribus debiles, attamen virili animo per gratiam Tuam omnes tentationes, id est, mundi illecebras, Carnis spurritias, Dæmonis Infidias fortiter & feliciter vicerunt, ita & nobis Tua gratia & ipsarum Intercessione detur, nullis unquam tentationibus cedere, sed amore Tui viriliter resistere omnibus, quæ nos possent separare à te, cui soli adharere nobis bonum est nunc & in æternum. Interim tu

terim tu Domine nihilominus proba & tenta nos, utrum sincere diligamus Te. Sed ne patere nos tentari supra id, quod possumus; sed fac cum tentatione proventum & exitum. Nam si gratiam tuam addas, & fidem nobis adaugeas, omnia poterimus in eo qui nos confortat.

7. *Sed libera nos à malo.*

**A**Doramus Te Pater mitissime, quia solus es bonus, & summum hominis Bonum. Unde & rogamus per merita, preces, & Patrocinia Omnium Sanctorum & Electorum Tuorum, Tecum iam in Cælo ragnantium, sicut illos ex hac corruptione Carnis in qua fomes omnis malitiæ est, & ex hoc mundo, qui totus in maligno positus est, & à sathana, qui incensor malorum est, liberaſti, eoque perduxisti, ubi liberati ab omni malo, iam felices fruuntur omni bono, quod Tu ipse es, sic & nos ab omnibus malis & miserijs erepti, Electis tuis tandem aggregemur, ubi pariter te summum & omne bonum obtinere, & unacum Sanctis in æternum laudare possumus, A.

L I T A N I Æ.

**K**Yrie eleison. Christe eleison,  
Kyrie Eleison.

Christe

- Christe audi nos. Christe exaudi nos.  
 Pater de Cælis Deus, Miserere nobis.  
 Fili Redemptor mundi Deus, Miserere n:  
 Spiritus Sancte Deus, Miserere nobis.  
 Sancta Trinitas unus Deus, Miserere no:  
 Qui propter Iustitiam à Diluvio hominem  
 Conservasti, *Genes. 7.* Miserere nobis.  
 Qui potentibus ex potentia gloriari non  
 permisisti, *Genes. 9.* Miserere nobis.  
 Qui potestatem dedisti Noe ut benedicat  
 Filio, *Genes. 9.* Miserere nobis.  
 Qui Orationem Abrahæ coram te esse ac-  
 ceptabile, Abimelecho prædixisti. *Gen. 20*  
 Miserere nobis.  
 Qui dedisti vires contra se Iacob *Gen:* Mi-  
 serere nobis.  
 Qui honorare & principem vocare Abra-  
 hamum Filijs permisisti, *Genes: 23.* Mi-  
 serere nobis.  
 Qui virtutem Dei, filijs hominum agnovi-  
 sti, *Matt: 12.* Miserere nobis.  
 Cujus laudabile Nomen in Sanctis ejus.  
*Pf: 150.* Miserere nobis.  
 Qui non derelinquis Iustos, *Pfal: 36.* Mi-  
 serere nobis.  
 Qui nos, ut ipse Sanctus es, sanctos esse  
 præcepisti, *Lev: 11.* Miserere nobis.  
 Qui cum Moyse esse promisisti, *Exod: 3.*  
 Miserere nobis.

Qui ad

Qui ad preces Moysis populo pepercisti,  
*Exod: 82.* Miserere nobis.

Qui aperuisti oculos Balaam, ut videret  
Angelum. & faceret ei honorem & laudem  
procidens in Terram. *Num: 22.* Misere-  
re nobis.

Qui es pars tuorum, *Ier: Tr: 3.* Misere-  
re nobis.

Qui propter Iacobum servum tuum, iam  
mortuum, misertus es super Israel, *Esa:*  
*45.* Miserere nobis.

Qui Iuditham pro populo orantem, exau-  
disti, *Iud: 9.* Miserere nobis.

Qui benedicis Iusto, *Psal: 5.* Miserere n:

Qui respicis homines in Cælo & in Terra,  
*Psal: 115.* Miserere nobis.

Qui Sanctum Ioannem, coram te magnum  
fecisti, *Luce 1.* Miserere nobis,

S. Maria, gratia plena, benedicta inter om-  
nes mulieres, & Benedictam te dicunt om-  
nes generationes, *Luce 1.* Ora pro nobis.

S. Michael victor cælestis, qui stas circa fi-  
lios hominum, *Ios: 1. 12.* Orate pro no:

S. Gabriel Legate ad Mariam, *Luc. 1.* Ora-  
te pro nobis.

S. Raphael, Medice Divine, *Tobie 12.* Orate

S. Uriel, increpans Balaam, *Exod: 4.* Ora-  
te pro nobis,

S. Salatiel,

115 FERIA SECUNDA.

*S. Salatiel*, refocillans Danielelem, *Num: 22.*  
& 4. Orate pro nobis.

*S. Iehudiel*, in eremo confortans Agar cum filio, *Dan: 14.* Orate pro nobis.

*S. Barachiel*, auxilium Abraham, *Gen: 25.*  
Orate pro nobis.

Omnes SS. Angeli prædicantes laudem Dei,  
*Gen: 22.* Orate pro nobis.

Defensores ab Infidijs Diaboli, *Gen: 19. Iud 13*  
*Psal: 9.* Orate pro nobis.

Qui coram Throno Dei stantes incessabili  
voce clamatis S. S. S. *Isai: 6.* Orate pro n.

Omnes SS. *Patriarcha & Propheta* qui Mes-  
sias adventum multis votis ac suspirijs de-  
siderastis, varijsq; figuris ac vaticinijs præ-  
signastis, *Gen: 49.* Orate pro nobis.

*S. Petre*, cui inter Apostolos soli dedisti cla-  
ves Regni Cælorum, *Matt: 16.* Orate  
pro nobis.

Omnes SS. *Apostoli* qui sedebitis super 12. se-  
des, iudicantes 12. tribus Israel, *Matt: 19.*

Orate pro nobis.

Omnes SS. *Martyres* qui stabitis in magna  
Constantia adversus eos, qui vos angustia-  
verunt, *Sap: 5.* Orate pro nobis.

Omnes *Sancti Confessores* qui Custodes in vinea,  
Domini positi estis. *Cant: 1.* Orate pro n.

Omnes SS. *Monarchi & Eremitæ*, qui Car-  
nem vestram vitij & Concupiscerij cru-  
cifixistis,

cifixistis, *Galat: 5.* Orate pro nobis.

Qui militantes non implicuistis vos negotijs secularibus, *2. Tim. 2.* Orate pro n:

Omnes Sancti & Sanctæ Dei, qui gratiam Dei, in vacuum non recepistis, *2. Cor. 6.*

Orate pro nobis.

Qui lætamini coram Domino, sicut qui lætatur in messe & sicut victores capta præda; quando dividant spolia, *Isai. 1.* Orate pro nobis.

Propitius esto, Parce nobis Domine.

Propitius esto. Exaudi nos Domine.

Per Nomina & Merita Omnium SS. & Electorum tuorum, *Gen: 2.* Exaudi nos D.

Qui post lapsum primi Parentis, contra virus serpentis occupasti semen Mulieris, *Gen: 2.* Exaudi nos Domine.

Qui misertus Populo, Angelum percutientem revocasti, *Reg: 24.* Exaudi nos Do:

Qui Naaman, & Syre, per Eliseum à lepra sanasti, Exaudi nos Domine.

Qui ad preces, Elisei mortuo puero vitam restituiisti, *4. Reg: 4.* Exaudi nos Domine.

Qui mortuum, ossibus Elisei mortui tactu resuscitasti, *4. Reg: 13.* Exaudi nos Domi:

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Ut participes nos facias omnium timentium te & custodientium mandata tua. *Psal: 118.*

Te rogamus audi nos.

Ut sicut

Ut sicut Electi in Cælo, sic & nos in Terra,  
voluntatem tuam promptè faciamus, *Matt: 6.*

Ut Sanctorum intuentes Conversationem,  
fidem quoq; & patientiam imitemur.

*Hebr. 13.* Te rogamus audi nos,

Ut Dominum in sanctis tuis assiduè laudemus

Ut dignos nos facias in partem fortis san-  
ctorum, in lumine. *Colos: 1.* Te rogam:

Ut Te in Cælis cum omnibus beatis laude-  
mus, *Dan: 3.* Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
Parce nobis Domine,

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
Exaudi nos Domine,

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
Miserere nobis,

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Kyrie eleyson, Christe eleyson,

Kyrie eleison. *Pater noster &c.*

ψ. Domine exaudi Orationem meam,

β. Et clamor meus ad te veniat.

## O R E M U S.

**D**EUS, qui Neminem derelinquis, neque  
contemnis, inò, non solum pro meri-  
tis Sanctorum tuorum, sed etiam pro mi-  
nimis intentionibus rectis ex bonitate tua,  
largas benedictiones, & divinas gratias tuas  
largiri dignaris: respice in Faciem Christi  
Filij Tui, in quo tibi benè complacuit, tum  
Electo-

Electorum tuorum, iam in gloria & gratia tua tecum manentium. Iam in gratia tua sunt, gratias eis non negabis, imò per merita illorum, nobis quoq; peccatoribus gratiam tuam impartiri digneris, ut ad imitationem illorum Te laudemus, Te glorificemus, Tibi serviamus nunc & semper & in sæcula sæculorum, Amen.

Admonitio de SS. Pátronis.

**P**Otest devota, anima quolibet die, laudare Deum in Sanctis iuxta Prophetam Psal. 150. hoc modo. Habes in Exordio Hujus Libri, dies mensium, & Sanctorum Nomina, Qui est Apostolus penes illum est Litera A: qui Martyr M. Confessor C. Virgo V. Eremita Er. Pontifex P. Papa Pp.

Et quia sunt plurimi sancti quorum & S. Ecclesia non facit mentionem, nec sunt in Cathalogo Sanctorum, & sunt Sancti Dei: gratumq; est Deo, commemorationem eorum facere, ut per merita illorum incognita, incognitas gratias obtineas, & ut in agone tibi assistant, Oratio sequens commendatur.

O R A T I O.

ad Sanctos Patronos quodlibet die.

**D**EUS, qui protestatus es, quod sint tuæ delicix esse cum filijs hominum. Dum ego sum indignus coram te comparere, quia peccator

peccator non audeo: Ideo loco sui, statuo hodiernos NN. Patronos meos dilectos tuos Tum omnes Sanctos, & Sanctas, quos hodie S. Ecclesia ubicunq; commemorat & festa illorum celebrat. Omnes Sanctos & Sanctas quos felici morte defunctos, hodie felici æternitate donavit Deus. Omnes Sanctos & Sanctas mei Nominis & meæ Patriæ, & Patronos meos menstruos. Omnes Sanctos & Sanctas quibus sacra est illa, quæ mihi nascenti prima fuit dies. Omnes Sanctos & Sanctas quibus sacra est illa, quæ mihi morienti ultima erit dies. Omnes Sanctos & Sanctas Dei potissimum, qui in hac vita, maximè excelluerunt in amore Dei, & erga Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, eiusq; cultum, devotionem habuerunt, & nunc viventes habent. Per eorum merita, potissimum B. M. V. omnibus nascentibus hodie, & in agone supremo periclitantibus sis adiutorium, & mihi felicem mortem beatamq; æternitatem largiri digneris.

Unde exhibita tibi debita Adoratione mi Deus, credo, spero, amo Te pulcherrime ac ac optime super omnia Deus meus; & ideo, de peccatis meis doleo, ac desidero plus dolere, & confiteri. Doleo super omnia, quod te tam ingratus offenderim. Deus meus & omnia; in gratiarum actionem ac satisfactio-

ac satisfactionem, offero tibi huius diei, & vitæ meæ totius, actiones, atque momenta singula, coniuncta cum omnibus lachrymis pœnitentium Sæctorum, omnibus guttis lachrymarum & sanguinis IESU, omnibus meritis IESU & MARIE, Omniumq; Electorum tuorum, ut te videre, amare te una cum illis, & una tecum manere merear in æternum, Amen.

## O R A T I O.

ad Sæctum Michaelem Archæangelum  
S. Angelum Custodem.

**O** Sæctissime Michael Archangele vides hinc fragilitatem meam & imbecillitatem, inde innumera salutis & vitæ pericula, volo quidem, & quod sæpius statui, rursus statuo, DEI gratiam, Immaculatæ Virginis Angelorum Regina intercessionem, & per tuum patrocinium, mundo corde, ab omni mortalis delicti libero, usque ad mortem Deo meo fervire, verum quia Angelus satanæ contra insurgit, ut me innocentiam spoliet, ad te recurro Dux supreme Cælestis exercitus, fer mihi auxilium, ac hostem tuum ac meum, quem è calo invicta fortitudine proturbasti à me extrude. Tu quoque S. Angele Custos meus, cui

comissus

comissus sum à DEO, succurre mihi in  
 omni occasione & periculo peccati. Tu  
 me, animam corpus meum rege, & dirige  
 progressus meos, ut à semita mandatorum  
 Domini nunquam declinet. Vos quoq; om-  
 nes alii SS. Angeli, cum S. Titulari meo  
 ab omni eo, quod lædere conscientiam meam  
 potest, & animam meam inquinare, inno-  
 centiamq; ejus lædere potenter me de-  
 fendite ut lætus DEUM unà vobiscum, hic  
 & æternum laudem amem, & benedicam.  
 Omnes Sancti Angeli, Archangeli Throni,  
 & Dominationes Principatus & Potestates  
 Virtutes Cherubim & Seraphim Omnia  
 agmina beatorum Spirituum fundite pro me  
 preces ad Dominum in Trinitate unum  
 ut me liberet à peccatorum vinculis & il-  
 lustrare dignetur virtutum studiis, & defen-  
 dat ab advesitatibus cunctis & postremo  
 jungat me vestris Sanctis consortiis. Fiat hoc  
 per nomen JESU MARIA JOSEPHI JOACHI-  
 MI & ANNÆ, Fiat Fiat Amen.

## ATRIBUTA DIVINA

Ad MATUTINUM.

### SANCTITAS DIVINA.

*Non est Sanctus ut est Deus. Isaia 6.*

**D**omine Deus meus, tu diceris Sanctus  
 multis

multis modis. 1. quia Tua essentia est prima radix, & origo omnis sanctitatis & puritatis. 2. quia es objectum, & mensura omnis sanctitatis: uno verbo, tu es principium efficiens, forma, exemplar, & finis omnis splendoris sanctitatis, qui in Creatis reperitur. Et per teipsum Sanctus es: per essentiam tuam; nimirum sanctitate ex se & per se originali, objectiva fundamenta & formali. Tam perfecta est sanctitas tua; ut nihil quidquam ei possit addi, vel minui; quia est sanctitas essentialis & universalis. Gaudeo & complaceo mihi de ista tua sanctitate, fonte essentiali omnis pulchritudinis & puritatis: à quo omnes Creaturæ intellectuales sanctitatem & puritatem suam accipiunt. Hanc sanctitatem proposuisti nobis tandem, non vero Potestatem, non Sapientiam, non altitudinem Majestatis tuæ, dum dixisti *Sancti estote quia ego Sanctus sum. Levi: 11.* Non postulas tamen à nobis tantam, quantam eminentia Sanctitatis tuæ requirit; sed ejus saltem imaginem quandam: qualem scilicet, cum gratia tua, infirmitas nostræ naturæ capere potest.

Hanc tuam sanctitatem & puritatem veneror, honoro, amo & admiror. Utpote, cui omnis reverentia, honor & amor debetur.

betur. Hæc præsentia sua sanctificavit. & sanctificat totum mundum: unde quocunq; me verto præsentem te conspicio, & ubiq; existentem te veneror, laudo, honoro, & benedico: tanquam in sacro Templo gloriæ tuæ, singulari tamen modo, animam quæ multo capacior, & angustior est mundo corporeo, ad similitudinem Templi, cultui tuo sanctificasti, Tibiq; in habitationem consecrasti, & ideo intra me in penetralibus animæ meæ, Te habitantem aspicere valeo: hic in sancto silentio cum Te ipso cõuersari; hic tecũ deliciarì possum, ibi te placare obsequis: ibi te adorare: ibi à te istam sanctitatem & puritatem petere: idq; iam Domine mi, toto corde, & omnibus animi mei viribus cupio facere, & impetrare. Conabor etiam Domine, & nunc propono, totis viribus fugere omnes impuros, & inordinatos affectus, & omnes maculas animæ quibus templum tibi sanctum violari, & profanari posset, quia Domine sine dubio, sicut necessario plurimum diligis. Tuam sanctitatem, ita necessario magnopere odisti peccatum, & omnem immunditiam detestaris. Deniq; tibi, tanquam Auctori, sive regulæ & exemplari omnis sanctitatis, à quâ, ad quam

& secun

& secundum quam omnes res in Cælo & in terra, sit gloria, benedictio, gratiarum actio, ab omnibus Creaturis in Cælo & in terra, Amen.

## AD VESPERAS

Perfectio Dei.

*Deus fidelis & absq; ulla iniquitate, iustus & rectus. Deut: 32.*

**O** Domine Deus meus? Tu es solus duratio increata, essentialis, sibi soli sufficiens. Perfectus in æternitate essentiæ suæ. Principio & Fine carens. Tuum est semper unum *Nunc* absq; præterito & futuro, nulli tempori, aut æternitati es subditus. Possessor es sui ipsius ab æterno. Omnia continens & semel, & simul. Totius vitæ simul & perfecta fruitio. Totus es in 'actu', omnipotentialitate exclusa. A quo omnia nonnihil æternitatis participant. Immutabilis, quia suum ipsius esse est. Uniformis semper, tum intellectu, tum voluntate. Cujus duratio, est duratio rerum omnium. Omne tempus & ævum includens. Cujus duratio & essentia idem sunt. Omnes temporum differentias supergrediens Circulus, cujus centrum ubiq; circumferentia nusquam Mensura increata sui ipsius. Nulli muta-

tationi neq; quo ad locum, neq; quo ad finem, neq; quo ad voluntatem, ut increatis fit, obnoxius es. Tu actus purus, simplex, & totius perfectionis complementum Maximum, quo nihil majus esse potest: Absolutum, Indeficientem naturam habens.

Unde mi Deus perfectissime, gratulor Tibi hanc perfectionem. Et quia oculi tui viderunt imperfectionem meam, & in libris tuis omnia erunt scripta. *Psal: 138.* Supplico humiliter Majestati tuæ Divinæ; ecce me dereliquit virtus mea *Psal: 37.* *Pauper & Mendiculus sum Psal: 69.* concede nobis quidquam perfectionis tuæ licet imperfectis, ut perfectè iuxta voluntatem & mandata tua vivamus & serviamus Tibi; & per gratiam tuam illam æternitatis perfectionem assequi mereamur. Et sicut credo, quia sine te nihil habere possumus. *Dixi confitebor adversum me injustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Pro hac orabit ad te omnis Sanctus, in tempore opportuno. *Pf: 31.* Amen.

### Meditatio contra Avaritiam.

**C**Ur flagras Avere, ecce elementa, natura, & effectus tui desiderij interrogant te. Primum quid sis? Homo mortalis, limus terra, & quæ habes, ad tempus possidens. Quid petis? temporalia; quorum

quorum eò es incertus. quò te putas esse sine dubio  
 possessorem: quia, aut tempore mutantur, aut mor-  
 te tecum evanescent. Ad quid petis? ut acquisitis  
 bonis, aliquando parvo usu habitis, relinquant. Cui? ne-  
 scitur cui, tuus an, remotus successor, quod magis  
 dolendū, quispiā alienus, etiam *Et* inimicus tuus ex  
 dilapidatione bonorum tuorū gaudebit; *Et* hæc, que  
 tu insatiabili avaritia, morosa injuriosaq; sine tuo  
 commodo congregasti aviditate, cuius erant? O  
 stultitia *Et* sine respectu erga se? Ad extremum,  
 finis avaritiæ quis est? æternitas, æternitas, sine  
 fine æternitas. Quomodo æternitas? respondet  
 tibi Christus. Væ vobis divitibus, quorum  
 sunt hic delitiæ. Amen dico vobis, quia dif-  
 ficile est divitem intrare in Regnum Cælo-  
 rum. Magna est divitibus ad Cælum distractio,  
 si Dives eris, non eris, libere vivis. Cui? quia  
 omnes divitias in hoc mundo quærentes, veniunt  
 in tentationem, laqueosq; Diaboli, desiderantes, mul-  
 ta sibi necessaria, simulq; nociva, que ducunt ho-  
 mines in perniciem. Quia nemo potest duobus  
 dominis servire. Times forsan penuriam, ne e-  
 geas, *Et* sic tuam excusas Avaritiam? [Ne sitis  
 solliciti admonet Jesus cum Assecuratione quia Pa-  
 ter vester qui in Cælis est, sollicitus est de  
 vobis. O Felix Pater! quia omnipotens, dives,  
 sapiens, bonus, liberalis, prudentissimus, cum respec-  
 tus, qui aperit manum suam, *Et* implet omne ani-  
 mal be-

mal benedictione Psal. 144. Pater Orphanorum,  
 & viduarum Psal. 67. Cujus oculi aperti sunt su-  
 per omnes vias filiorum Adam: Jerem. 32. Qui  
 dat escam omni carni. Psal. 106. Protector  
 noster, & merces nostra magna nimis Gen.  
 15. Pater iste est. qui est in simul & DEUS, o fe-  
 lix & certa ejus Provisio! quid ipsi, deest? quo  
 indiget? quem unquam justum & in se sperantem  
 derelinquit? qui solus habet omnia, & nihil ipsi  
 deesse potest. Heus Avarè! super has divitias, quas  
 cupis, quid tibi dicit mundus? audi? ego te suo  
 tempore derelinquam. Corpus quid dicit? ego  
 te inficiam. quid tandem Diabolus? ego sum in  
 interitum tuum. Attende persuasioni S. Augu-  
 stini ò homo! quid tibi cum mundo, qui cito muta-  
 tur, & ejus concupiscentia? quid tibi cum divitiis?  
 aurum & argentum, est rubra & alba terra, quam  
 plus oculi aestimant, quàm per se sunt. Ad extre-  
 mum quid tibi adfert Caro? molestam senectutem,  
 & damnatos, quid sunt lucrati? &c. Interroga  
 mortem, putredinem, pulverem, quilibet illorum  
 cum Jonata respondet. Gustavi mel & ecce  
 morior. Tandem, quam habes avarè curationis  
 tuæ Medicinam? brevis & facilis; si tibi non suf-  
 ficat scire, omnia quæ possides, quod sis derelictu-  
 rus omnia, & nescitur, ut dixi, cui certo? consu-  
 le eternitatem, quam avaritiâ possidebis? ò felix ju-  
 storū possessio? ò quā terribilis damnatorū? iusti nihil  
 habentes

habentes, omnia possidentes, vel habentes, beati pauperes spiritu, damnati sicut & non saturabuntur. Et quam diu in utraq; eternitate manendum? semper & nunquam, nunquam & semper in inferno durabit damnatio; semper nunquam deficiet. Iusti verò in ubertate Domus Domini gaudebunt semper & nunquam deficient. Brevibus utraq; tam diu durabit eternitas, quod ad Deus erit Deus? Cur itaq; non est nobis satius thesaurisandum in Cælo? quo sine nos creavit Deus? Cur potius hereditatem nostram eternam, quam nobis Christus Iesus sanguine suo redemit, non curamus propriam? & in Avaritia ambimus temporalia, caduca, fallacia? Beatus Vir qui non abiit & post aurum, nec spem habuit in pecuniarum thesauris. Repudia avaritiam, repudia! & cum Deo habere desidera, quid tibi dare voluerit? Plura habes? scito plures te redditurum Deo rationes, & brevibus: Pascit aves, bruta, animalia, Paganos, Infideles, Hereticos, Blasphemos, peccatores, &c. hostes & inimicos suos: forsam obliviscetur Iusti sperantis in eum? Quid quid verò habes, puta te nihil habere, & alieno (dico, Dei) uti non abuti.

### Actus contra Avaritiam.

**O** Infelix talis vita! satius mors? quid mihi cum mundo, & cum ejus splendoribus

bus transitoriiis? o fallax animal quid agis? propter miseram ad tempus delectationem, de alto casus, à gratia ad iram, è Cælo ad infernum tendis, pro nihilo omnino curas, ut bonum æternum perdas? Ach stultitia! & quid est in mundo, cujus finis non sit vanitas? o quantum damnum, à summo bono æterna commoditate ad pessima & æterna transcendendum; ex propria cælesti mansione, ad infernum Diabolo & ejus asseclis edificatum, ubi est sempiternus horror & stridor dentium; si quæro hic aliquid boni? en molestia! sed quod maximum est, *Mori sine Deo æterna infelicitas & inopia.* Quid mihi proderunt cum avaritia divitiæ? Pauperi nunc non misereor, à quo subsidium misericordix expectabo? Dives sepultus in inferno, quid ego in avaritia sperabo? talis ne est doctrina tua Christe Jesu? an ambitionem, honores, divitias mundi ( nudus ipse in Cruce pendens, factus opprobrium omnibus ) docuisti nos? An delicias Corporis doloribus usq; ad mortem pressus elegisti tibi? an superbiam agonizando in manus Patris tui se commendando, confessus es? O æterna Bonitas, sanctitas, Perfectio Deus meus? vita sine molestia dulcissime Jesu. Abhinc quidquid mihi daturus es, & nunc habeo; illicitos

illicito  
da  
omn  
tuat  
mih  
his  
nere  
non  
No

1.

spirit  
expe  
dit, p  
mun  
omni  
mor  
golor  
cipat  
rubin

2.

Ave  
tè, i

3.

benep  
V  
testi  
sum e

illicitos affectus, appetitus, averte à me; & da mihi Teipsum, & nihil mihi deerit. Hac omnia tua sunt, & in liberam dispositionem tuam restituo. Et si non auferes à me, da mihi quæso, ut sim pauper spiritu, & sciam his in laudem & honorem tuum disponere; ne te in divitiis offendam, & in paupertate non maledicam tibi. Amen.

## Novenna Sanctorum Angelorū.

1. **A** quo sunt 9. Chori Angelorum, similiter per novem dies Dominicos, per puros spiritus Purissimus adorandus est Deus, & devotio expedienda. Et quia sunt mundi spiritus, expedit, per 9. dies Dominicos, & si non consequenter, mundum esse in conscientia: Confitendum & Communicandum. Primo die Dominico in Commemorationem Sanctorum Angelorum. 2. Archangelorum. 3. Virtutum. 4. Potestatum. 5. Principatum. 6. Dominationum. 7. Throni. 8. Hierubimorum. 9. Seraphinorum.

2. Quolibet eo die Dominico. 9. Pater noster. Ave Maria, & Gloria Patri &c. recitanda devotè, in commemorationem eorum Angelorum.

3. Nullum est Jejunium, nisi abstinentia; juxta beneplacitum modò detur elemosina.

Visibiles sunt effectus in omni occasione, & protestationes Angelorum per istam devotionem, multi sunt experti.

Septen-

131 FERIA SECUNDA  
SEPTENNA S. JOSEPH,

Sponsi Beatæ MARIÆ Virginis

Est composita ex septem Gaudiis, & septem Doloribus hujus sancti.

1. **D**olor, cum vidit B. M. V. sponsam suam pregnantem nesciens Causam. Gaudium, cum ex revelatione Angeli rescivit hoc esse ex Spiritu Sancto.

2. Dolor, cum vidit Verbum Dei Incarnatum in præcipio natum. Gaudium, cum Angelos Pastores Reges vidit gaudentes.

3. Dolor, cum vidit in circumcissione Christi Domini sanguinem effusum.

Gaudium, cum in loco Cælestis Patris filio ejus dat Nomen JEsus.

4. Dolor, cum audivit Symeonem proferentem, quod gladius cor B. M. V. sit penetraturus.

Gaudium, cum intellexisset hunc puerum in redemptionem populi fore.

5. Dolor, dum in Ægyptum cum Jesu & Maria coram Herode fugiebat. Gaudium, dum expedita fuga vidit se cum illis in loco securo.

6. Dolor, dum redibat ex Ægypto timebat Filiam Herodis. Gaudium, dum fuit ab Angelo monitus ne timeat.

7. Dolor, cum Jesum duodecem Annorum, quaesivit cum Matre B. M. V.

Gaudium, cum Jesum in Templo invenit. Iraque

## ITAQUE.

1. **P**rimo Confessio est expedienda & SS. Eu-  
 charistia Sacramentum. prima Feria  
 Quarta est sumendum cum devotione & in memo-  
 riam primi Doloris & Gaudii. 7. Pater noster  
 & c. & 7. Ave Maria. & 7. Gloria Patri. & c.  
 sunt dicenda.

2. Si non potes qualibet Feria Quarta conficere  
 cum Communione, primam Feriam Quartam &  
 Ultimam Septimam sufficere sic expedire ad laudem  
 Dei & in honorem S. Joseph & B. M. V. juxta  
 suam intentionem.

3. Qualibet Feria Quarta ieiunet, aut ab aliquo  
 cibo pro mortificatione absteat, dec. Elemosynā.

4. Qui hanc Septennam expedire non valet, po-  
 test per alium, & hac Septenna potest non conse-  
 quenter expediri.

## Novenna S. Antonii de Padua.

1. **N**ovem Ferie Tertia aut Sexta, Prima &  
 Ultima Confitendo, & communicando  
 sunt expedienda ad Intentionem propositam.

2. Qualibet Feria Tertia, vel Sexta, Novem  
 Pater noster, & c. 9. Ave Maria, & c. 9. Glo-  
 ria Patri sunt recitanda.

3. Eleemosyna danda.

## Novenna S. Petri de Alcantara.

**S**imiliter est expedienda ut Sancti Antonii, mu-  
 tato

zaro Die, scilicet Die Dominico, licet non consequenter Nonies, sine Jejunio, sed tamen cum abstinentia singulari sine ebrietate. Et in Breviario est verum Testimonium Sancta Theressia V. quod Christus Dominus petentibus per Novem & merisa huius sancti omnia consequi pollicitus sit nobis.

## MEDITATIO

Pro feria secunda de Morte.

**P**Ro imaginatione loci, cogita te tacere in lecto agonizantem una manu Crucifixum, altera Ceream tenentem.

## PUNCTUM I.

**C**onsidera, Statutum est omnibus hominibus semel mori. Hebr. 9. Incerta verò est dies & hora, nam dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, pax & securitas tunc repentinus eis superveniet interitus. I. Thess: 53. verè dixit sapiens. Eccl. 9. Sicut pisces capiuntur & sicut aves laqueo, sic capiuntur homines in tempore malo.

**AFFECTUS.** cur ergo non omni hora & momento prout Christus adhortatur. Matth. 24. Estote parati quia nescitis, qua hora filius hominis venturus est.

## PUNCTUM II.

**C**onsidera, quanti isto tempore futuri dolores corporis ob quos nec orare, serio penitentiam agere, nec recordari peccatorum tuorum poteris.

Implebitur

Implebitur enim illud Psal. 40. 4. Universum  
 statum ejus versasti in infirmitate ejus.

AFFECTUS, Ergo dum tempus habemus opere-  
 mur bonum Gal. 6. 10.

PUNCTUM III.

**C**onsidera, in quantis angustiis tunc futura sit a-  
 nima, quando à corpore ei discedendum erit  
 & nescit. An odio, an amore digna sit. An in Ca-  
 lum recipienda sit. an in infernum detrudenda.

AFFECTUS, Utinam hæc semper expenderem,  
 atq; ita vitam instituerem, ut dicere possem mihi  
 vivere Christus est, & mori lucrum: Philipp. I.

21. Colloquium, sit cum Christo; de neglecta  
 Meditatione mortis, accusa te, emendationemq;  
 sponde.



DEVO-

# DEVOTIO FERIA TERTIA.

Laus DEO in pœnitentibus.



*Ipsi aeterna Veritas Christus Iesus  
facetur quantum valeat apud De-  
um pœnitentia dum dicit. Dico  
vobis tale erit gaudium in Cæl-  
lis super uno peccatore pœ-  
nitente. quam super Nonaginta Novem Iu-  
stis pœnitentia non indigentibus Lucae 15.  
Ad istam verò pœnitentiam, & contritionem pro  
peccatis; facile peccator perveniet, considerata Con-  
ditione sua; & Dei, quis tu? & quid Deus? Tu Ho-  
mo, simus Terra. Et licet aliqua in intrase tui ha-  
bes complacentiam; memento, quod ante te tales  
erant & excellentiores? non sunt minimis similes  
facti, coram Deo unum nihil. Et cur es tam ma-  
lus? quid de te putas? quid agis? agis quidem pec-  
catum, scelera, imperfectiones; quod Creatura,  
bruta, & ipse Diabolus detestatur, & quomodo  
Puritati extra puritates, placebit Deo? contra quæ  
es? contra Essentiam essentiarum, Creatura con-  
tra Creatorem, Filius contra Patrem, subditus con-  
tra Superiorem, servus contra Dominum. Ho-  
mo contra Deum; si cum pari, eò plus, cum potentio-  
ri difficile est contendere; an tibi peccatori, forsitan  
cedet*

cedet Deus? pœna quidem differtur, sed non aufer-  
tur. imò quod diutius Tuam pœnitentiam expecta-  
bit, fortius castigabit; ve vobis? siue seruis, quibus  
dicetur. Ite Maledicti in ignem æternum.

O æternus, æternus! Considera quæso quia æternus,  
nihil in se nisi æternitatem sine fine habens. Pro u-  
no momento, vix ad ictum oculi erga æternita-  
tem, quod non hic deleretur ach! æternæ cruciabitur?  
si hæc vel potius offensam Dei vitare volumus, humi-  
liemus nos coram ipso, cum Publicano confitendo  
peccata nostra; per veram Contritionem, refugium  
sit nostrum.

## ORATIO DOMINICA.

*Pater noster.*

O Sanctissime Pater! per immensam illã  
charitatem, qua dedisti nobis ut Filii  
Dei nominemur & simus, rogo te ex imò  
corde, ut clementer ignoscas mihi, quòd  
Te amantissimum Patrem meum hactenus  
debito honore, & filiali amore prosequi  
neglexerim, sed te peccatis meis frequen-  
ter & graviter offenderim. Teq; ex corde  
meo in quo velut in Cælo, & folio tuo, pro-  
prium sedem habere debueras peccatis me-  
is sapius turpiter eiecerim. O clementissi-  
me Pater, respice in faciem Christi Tui,  
& miserere mei, Rogo, in unione illius  
infinite charitatis, qua ab æterno filium ti-  
bi coar-

bi coæqualem genuisti, & tempore præordinato hominem fieri pro nobis voluisti. Rogo, in virtute abundantissimæ satisfactionis, quam idem dilectissimus Filius tuus & innocens frater noster Iesus Christus Tibi pro me præstitit, ut ardentissimam charitatem Divini Cordis illius unà cum dignissimâ laude & honore quem in summa humilitate tibi exhibuit benignè suscipias, in cōpensationem omnium peccatorum & defectuum meorum.

I, *Sanctificetur Nomen Tuum.*

**O** Dulcissime Pater! obsecro Te ex omni affectu Cordis mei, parce mihi, quòd Sanctissimum Nomen Tuum non eo quo par erat religionis cultu, honore, & reverentia sanctificaverim; imò etiam sæpe contumelia affecerim Christianum quoq; Nomen, quòd gratia Tua gerò moribus indignis tam sæde sæpius deformaverim.

**O** Pater! obsecro Te, ut in expiationem omnis culpæ meæ digneris accipere absoluteissimam vitæ sanctimoniam charissimi Filii Tui, in qua ipse benedictum Nomen suum glorificare, & tot signis, miraculis, sermonibus, & operibus triginta tribus & amplius annis quibus vixit in Terris, laudare & sanctificare nunquam intermisit.

2. *Adv-*

2. *Adveniat Regnum Tuum.*

**O** Pater Misericordiarum! rogo Te, ignosce mihi clementissimè. quod Te Cæli Terræque Regem & Regnum Tuum æternum, in quo solo est vera pax, requies, & gaudium, nunquam eo quo decuit ardore & zelo quæsierim. Rogo dulcissimam Clementiam Tuam, ut sanctissimos labores gratissimi Filij Tui, quibus me & omnes homines sibi in Regno Tuo cohæredes fecit suscipere digneris pro omnibus negligentis & defectibus meis, quos ego infelix admisi; dum, quæ sursum sunt, tam negligenter quæsi & sapui; tam verò ardentè quæ super Terram.

3. *Fiat voluntas Tua.*

**O** Misericordissime Pater! Ignosce mihi quæso pro Infinita bonitate Tua, quod Divinam & altissimam voluntatem Tuam, meæ ut debui, non semper pratulerim, toties velle meum quod semel Tibi devoveram denuò per peccatum usurpaverim, & piissimam voluntatem Tuam, circa me factâ minus promptè, reverenter, & libenter amplexus sim. Obscuro Te ô æternæ Pater, ut promptissimam resignationem Cordis amantissimi Filij Tui, & perfectissimam ejus obedientiam, qua tibi factus est Obediens

K

usq;

usq; ad mortem Crucis, suscipere digneris, in emendationem omnis meæ inobediæ & prævaricationis Mandatorum Tuorum.

4. *Panem nostrum &c.*

**O** Largissime Pater! qui aperis beneficâ manum Tuam & impleas omne animal benedictione, adeoq; & me licet indignum pascis, à Iuventute mea tot corpori meo, tot animæ, bona tam liberaliter providens. Precor ex totis cordis visceribus, Parce mihi, quod bona & beneficia Tua, tum ad corpus, tum ad animam nutriendam spectantia, tam ingratus accepi, toties iis ipsis ad Tuam Injuriam & meam damnationem abusus sum, dum vel iis nimium cor apponerem; vel iis inordinate fruerer; vel pro iis debitas Tibi gratias non persolverem.

Obsecro Te, mi Pater: per amorem Filii Tui Unigeniti, ut ipsius Ieiunia; famem; sitim, & mirabilem abstinenciam omnesq; gratiarum Actiones quas ipse cibum sumpturus offerre solitus est, accipere digneris in compensationem omnis meæ injuriæ & ingratitude, quam unquam in donis & beneficiis Tuis percipiendis admisi.

5. *Et dimitte nobis.*

**O** Pater immensæ bonitatis! si debita & Iniquitates nostras observaveris quis sustinebit?

stinebit? adeo in multis offendimus omnes. Itaque rogo Te per æternum amorem Tuum ut Clementer ignoscas mihi quidquid unquam, aut quopiam quomodocunq; deliqui, aut si forte peccantibus in me non planè juxta præceptum dimissi, vel Inimicos meos non ex corde dilexi. O Iustissime DEUS! rogo per Majestatem Tuam ut in satisfactionem suscipias infinitum pretium sanguinis, & affectuosissimam Orationem Dilectissimi Filij Tui, qua, pendens in Cruce inimicis suis à Te ignosci postulavit.

6. *Et ne nos inducas Et:*

**O** Benignissime Pater! Ignosce mihi per inestimabilem charitatem Tuam, quod concupiscentiis & pravis desideriis hactenus non satis diligenter & seridè resistere conatus sum, sed magis mundo, Carni, ac Dæmoni, mala suggerentibus consenserim. Unde meritò Variis malis factus sum obnoxius. Precor ò Domine! si Divinæ providentiæ Tux Consilio vis me subinde tentationes sentire, nunquam tamen permittas consentire! dignerisq; ò potentissime Deus gloriosam Victoriâ Christi Filij Tui, qua mundum, Satanam, Carnemq; subegit, Una cum Sanctissima conversatione ejus, omnibusque laboribus, & doloribus illius suscipere, in

supplementum omnis negligentia, & fragilitatis meae; adeoque me liberares ab omni malo, & perducas ad omne bonum, quod utique; alibi non est, nec aliud nisi tu solus, Unus o Deus meus & omnia! Amen.

## LITANIÆ

**K**yrie eleison, Christe eleison.  
Kyrie eleison.

Christe audi nos, Christe exaudi nos.

PATER de Cælis DEUS, Miserere nobis.

FILI Redemptor mundi DEUS, Miserere:

SPIRITUS Sancte DEUS, Miserere nobis.

Sancta TRINITAS unus DEUS, Miserere:

Deus Qui Lot de medio peccatorum eduxisti, *Genf.* 19. Miserere nobis.

Qui populum Israël de tribulatione ad Te clamantem à dura Pharaonis servitute liberaſti, *Exod.* 14. Miserere nobis.

Qui Ionam ex ventre Ceti ad te clamantem salvaſti, *Ioan.* 2. Miserere nobis.

Qui Davidem per Nathan ad agnitionem culpæ venire feciſti, *2. Reg.* 12. Miserere n:

Qui Davidis confitentis, & in Cilicio pœnitentis peccatum tranſtulisti *Ibid.* Miserere: re nobis,

Qui Achab humiliato & pœnitenti pepercisti, *3. Reg.* 21. Miserere nobis.

Qui Manasse pœnitentem exaudiſti & in Regnum

Regnum suum restituiti. 2. *Par.* 33. Miserere nobis.

Qui quasi aurum in fornace probas electos tuos. *Sap.* 3. Miserere nobis.

Qui diligis omnia quæ sunt & nihil odisti eorum quæ fecisti. *Sap.* 11. Miserere nobis.

Qui misereris omnium & diffimulas peccata hominum propter pænitentiam, *Sap.* 11. Miserere nobis.

Qui das locum & tempus pænitiæ in peccatis, *Sap.* 12. Miserere nobis.

Qui post pænitentiam omnium peccatorum nostrorum non recordaris amplius, *Exod.* 18. Miserere nobis.

Qui non vis aliquem perire, sed omnes ad pænitentiam reverti, 2. *Petr.* 3. Miserere nobis.

Qui Matthæum in Theloneo sedentem tua gratia prævenisti. *Matt.* 9. Miserere nobis.

Qui scis quia Spiritus noster promptus est Caro verò infirma, *Matt.* 26. Miserere nobis.

Qui publicanos & peccatores recepisti, & cū eis manducasti. *Luca* 3. Miserere nobis.

Qui misericordiam vis & non sacrificium. *Luc.* 5. Miserere nobis.

Qui Mariæ Magdalenæ multum diligenti multa peccata dimisisti, *Luca* 7. Miserere nobis.

Qui

Qui Filii prodigi ad Patrem revertentis exemplo Peccatoribus spem veniæ & Indulgentiæ præbuidisti, *Luca 15.* Miserere nobis.

Qui publicanum cum dolore & humilitate pectus percutientem justificationis gratiæ testatus es. *Luca 18.* Miserere nobis.

Qui venisti querere, & saluum facere quod perierat, *Luca 19.* Miserere nobis.

Qui Petrum Te ter negantem benignè respiciens ad agnitionem Criminis & lacrymas pœnitentiæ permovisti. *Luca 22.* Miserere nobis.

Qui Latroni pœnitenti pendens in Cruce paradisum promisisti. Miserere nobis.

Qui Mulieri Samarythanae fontem aquæ vivæ patefecisti. *Ioan. 4.* Miserere nobis.

Qui mulierem in adulterio deprehensam clementer absolvesti. *Ioan. 8.* Miserere nobis.

Qui venisti in hunc mundum peccatores salvos facere. *1: Tim: 1.* Miserere nobis.

Qui flagellas omnem filium quem recipis & diligis, *Hebr. 12.* Miserere nobis.

Propitius esto, Parce nobis Domine.

Ab omni malo, Libera nos Domine.

Ab omni peccato, Libera nos Domine.

A subitanea & mala morte Libera nos Domine.

Per Baptismum & sanctum Ieiunium Tuum

Libera nos Domine.

Per

Per Labores & dolores tuos Libera nos Do:

Per sanguinem Tuum, quem in remissionē  
peccatorum nostrorum effudisti, Libera:

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Non est enim homo qui non peccaret, *i. Reg.*

8. Te rogamus audi nos.

Non est Iustus super Terram qui faciat bonū  
& non peccaret, *Eccl. 7.* Te rogamus au-  
di nos.

Si dicimus quia peccata non habemus, nos  
ipfos decipimus, & veritas in nobis non  
est, *Eph. 5.* Te rogamus audi nos.

Ut non regnet peccatum in mortali nostro  
Corpore, *Rom. 6.* Te rogamus audi nos.

Ut non diligamus mundum neq; ea quæ in  
mundo sunt, *i. Ioan. 2.* Te rogamus:

Ut dignos pœnitentiæ fructus tempestive fa-  
ciamus. *Matt. 3.* Te rogamus audi nos.

Ut non demus ultra locum Diabolo nec sol-  
unquam occidat super Iracundiam nostrā  
*Eph. 4.* Te rogamus audi nos.

Ne plus sapiamus quam oportet, *Rom. 12.*  
Te rogamus audi nos.

Ut nos hic uras, hic feces, modo in æternum  
parcas, Te rogamus audi nos

Ut nos exaudire digneris, Te rogamus audi  
nos.

Agnus

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
Parce nobis Domine,

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
Exaudi nos Domine,

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
Miserere nobis,

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Kyrie eleison, Christe eleison,

*Pater noster &c. &c.*

Ÿ. Domine non secundum peccata nostra fa-  
cias nobis,

℞. Neque secundum Iniquitates nostras re-  
tribuas nobis.

Ÿ. Domine ne memineris Iniquitatum no-  
strarum antiquarum,

℞. Cito anticipent nos misericordiae Tuæ quia  
pauperes facti sumus nimis.

Ÿ. Adjuva nos Deus salutaris noster,

℞. Et propter Gloriam nominis Tui Domi-  
ne libera nos, & propitius esto peccatis no-  
stris propter nomen tuum.

Ÿ. Ab oculis meis munda me,

℞. Ab alienis parce seruo Tuo.

Ÿ. Ne memineris delicta nostra vel Paren-  
tum nostrorum, (stris.

℞. Neq; vindictam sumas de peccatis no-

Ÿ. Ne tradas Domine bestiis, animas confi-  
tentium tibi, ℞.

R. Et animas pauperum Tuorum ne obliviscaris in finem.

V. Domine averte faciem à peccatis meis.

R. Et omnes iniquitates meas dele.

V. Redde mihi Læticiam salutaris Tui,

R. Et Spiritu principali confirma me.

V. Domine exaudi Orationem meam,

R. Et clamor meus ad Te veniat.

O R E M U S

**D**eus cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram, ut nos & omnes famulos Tuos, quos delictorum Catena constringit, miseratio Tuæ pietatis clementer absolvat.

Exaudi quæsumus Domine supplicum preces, & Confitentium Tibi parce peccatis, ut pariter nobis Indulgentiam tribuas benignus & pacem.

In effabilem nobis Domine misericordiã clementer ostende, ut simul nos à peccatis omnibus exuas, & à pœnis quas pro his mœremur eripias.

Deus qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi Tui supplicantis propitiis respice, & flagella tuæ iracundiæ quæ pro peccatis nostris mœremur averte.

*Accusatio, sui cum Publicano*

**O**Mi amantissime Deus! ego in gratus, e-

go perditus homo, ad Te redeo, postquam  
 satis à Te per illicita sum evagatus, nunc te  
 amicum quæro, quem ipse mihi hostem fe-  
 ci: Iterum deliqui. Et post tot jam Casus ite-  
 rum cecidi. Ah Domine in culpam illam:  
 quam sciebam Tibi plurimum displicere,  
 mihi maxime nocere, in hanc ipsam iterum  
 relapsus sum. Quantum mihi hæc cavenda  
 esset præciebam, & tamen non cavebam.  
 Ita Majestatem Tuam ô Deus offendi, gra-  
 tiam Tuam perdididi, Cælum amisi, meipsum  
 damnavi, & quam ob Causam? ob rem nihi-  
 li & meram vanitatem? quid enim aliud est  
 voluptas illa? quid commodum illud: &c.  
 quæ cantabam. Scio Domine! Tu mihi su-  
 per omnia es amandus: agnosco mihi Deus,  
 quod Lex Tua, & Tuus honor cariора mi-  
 hi esse debeant rebus Creatis omnibus, &  
 tamen, tam perditè me ipsum amo, & me-  
 um honorem, lucellum meum, meamq; li-  
 bidinem, Tibi, Tuæ legi, tuoq; honori  
 prætulerim jam sæpissimè. Ah? quam ad  
 huc Carnalis sum? & licet ego negem, ope-  
 ra mea loquuntur. Mundus non tantum mi-  
 hi, nondum crucifixus est; sed totus in me  
 vivit, & spirat, plenus sum pravis motibus,  
 sædis concupiscentiis, desideriiis, & infinitis  
 miseris, & tamen non humilior; quin æsti-  
 mari

mari  
 est Eu  
 tabilita  
 lunt,  
 quam  
 incur  
 mobilis  
 tur! ad  
 cautus  
 & nug  
 cernu  
 diosa;  
 moda  
 orand  
 totus  
 sum, a  
 honest  
 suspici  
 nem al  
 hi mol  
 Vix tar  
 lingua  
 lædit,  
 vindic  
 Tu no  
 quide  
 di Oc  
 secrec

mari & præferri gaudeo. Vita mea. merus  
est Euripus, merissima inconstantia & mu-  
tabilitas. Sensus mei exteriores quoquo vo-  
lunt, liberrime expatiantur; quam varia, &  
quam foedæ Imagines animum meum sæpius  
incurfant? Quàm ego ô mi Deus dura & im-  
mobilis cautes sum, cum de penitentiâ agi-  
tur! ad loquendum quàm promptus, & in-  
cautus! surdus ad monita salutis, ad fabulas  
& nugas avidus, quæ Cælum & Deum con-  
cernunt: nimis peregrina mihi sunt & rasti-  
diosa; quæ ad terrena lucra & corporis cõ-  
moda spectant facillimè apprehendo. Cum  
orandum est, totus nauseo, cum epulandum  
totus inhio; ad cultum Divinum testudo  
sum, ad lufum & jocos Aquila velocior; ad  
honestam repo, ad verita volo, ad Invidiam &  
suspiciones pronissimus sum; ad excusatio-  
nem alienæ imperfectionis perdifficilis; mi-  
hi mollis & lenis sum, aliis durus & rigidus.  
Vix tangor, & en Irascor, & ferior; certè  
lingva cum manu non possum. Nemo me  
lædit, in quem non ultionem mediter &  
vindictam. Concupiscentiæ Ignes ô Deus  
Tu nosti! quàm mihi sint vicini: hic ego  
quidem dissimulo & tego; Tibi tamen ô Mũ-  
di Ocule aperta sunt omnia! nullum Cordis  
secretum est, quod Tibi celari possit. O  
quories

quoties & quanta facturum me propono, & ipondeo! mox omnia in ridiculum, imò in flagitiosam oblivionem evanescent. Iure igitur doleo, me dolenda toties committere, imò vel hoc ipsum doleo, me non magis dolere, nec satis ut par est propriam sentire miseriam. Et quamvis hætenus ad omnem pietatem lentissimus fuerim, & heu nimis alacer, & festinus, ad vitia tamen talis deinceps esse nolo Ego non ero ego. Non ego qui fui. *Dixi nunc capi* Iter ad cælum, nemo bene perficit nisi qui quotidie incipit. Igitur firmissimè statuo, ope Tua Domine confusus, priores culpas illas & omnem peccandi occasionem, quam diligentissimè cavere. O sit hæc mutatio dexteræ Excelsi! *Dominus meus, & Deus meus, ô!* Cor mundum & castum in me crea, innova! oro da mihi Spiritum rectum, ut tandem aliquando vitâ feridè emendem, ex animo te amem, & ad finem vitæ sic perseverem?

### Considerationes ante Confessionem.

**E**Xamina totum tempus ab anteriori ad præsentem Confessionem, per omnes Hebdomadas & dies, quibus cogitationibus, verbis, actibus usus sis? quo pecca-

quo peccasti? cum quo? ubi? quando, quoties.

2. Fac comparationem inter se & Deum, inter sua, & ejus Acta: Quis peccavit? ego monstrum, sordes, servus nequam, damnationis eterna pridem reus, contra quem? peccavi contra Deum infiniti amoris! filius contra Patrem! servus contra Dominum! Contra hunc peccavi, cui Angeli, Creatura & omnia parent, & ego factus sum ei contrarius? O qua dementia! que audacia! peccando quid feci? perdidit animam, ad infernum precipitavi, Cerographo me Diabolo pro mancipio obligavi, sponte sine ipsius requisitione. Angelo meo Custodi abrenuntiavi, cur peccavi? propter caduca & transitoria, propter sordidam libidinem, obscenam Voluptatem; pro luto, & cinere; sine metu, sine horrore peccati, in presentia Dei; quo tempore ejus beneficiis cumulabar.

His peccatis imaginare Tibi Sanctos Angelos à te fugere, contra Te instigare, ipsam B. M. V. Te ultra pati non posse: SS. omnes Te abominari.

Concipe affectum adhuc majoris Timoris, quia ipse Deus detestatur, ac Iratus, precipit, ne coram eo ultra compareas; nè ipsius amplius Creatura voceris. Deinde, convertere ad Cor tuum, illudq; de durezza sua in crepa! in voca contra illud in Testimonium Cælum, Terram, elementa, & Creaturas omnes, sicq; coram illis conquerere, cor tibi esse lapideum.

Post

*Post hæc, tunde pectus tuum, perseverans in Oratione & compunctibne.*

*Ad extremum, humi prostratus dic. O Domine! Pietatem, lachrymas, contritionem misericordiam, & veniam humiliter efflagito! quam publicanis, meretricibus, latronibus, prædonibus, non denegasti. Ne patiaris me diutiùs præ Contritionis desiderio languere, aut interire.*

### MODUS PRÆPARATIONIS.

#### Ad CONFSSIONEM.

*Quatuor Modis Deus offenditur.*

1. Cogitatione. 2. Verbo. 3. Opere.
4. Omissione.

#### COGITATIONE,

1. **S**I per negligentiam, habuisti distractionem mentis Orando, si fuit aliquod Odium sine causa, contra aliquem suspicione, Invidia, avaritiâ &c. si cogitationibus vanis, Impuris, superbis, gulosis, invidiosis, Iracundis, & cum spiritu vindictæ suspiciosi, temerariis, fraudulentis, blasphemis hereticis, &c. inhaesisti deliberatè, & voluntariè, vel consensu delectus, plenus vel semiplenus advertenter fuit.

#### V E R B O.

**S**I fuerunt verba otiosa, vana, superba, Impudica,

ca, iracunda, maledictoria. Execratoria, blasphemiosa detractoria, contumeliosa fraudulenta mendacia, dolosa, fraudulenta, cum affirmatione tali. NN. vera, cum Iuramento, sine necessitate, Ironica, adulatoria &c. coram quo, quoties cum tali NN. scandalo vel damno Proximi & aliis dicendi Causa sui.

O P E R E

SI fuerant in rebus sacris an profanis ad qua reuerentia vel non; deliberate, cum damno, scandalo, cuius vel non, sui otiosus, in agendo negligens, distractus, inordinatus, perfunctorius, vanus, superbus, fictus, fraudulentus, astutus, invidus, adularius, gulosus, iracundus, obscenus, Luxuriosus, temerarius, superstitiosus, ledens, defraudando, auferendo, non restituendo; bonum & famam Honorumq; aliis causa sui.

O M I S S I O N E.

SI quod boni acturus eras, vel obligaberis per negligentiam praetermissisti.

Oratio ante Confessionem-

O Creator Caeli & Terra! Rex Regum, & Dominus Dominantium! qui me de nihilo fecisti, ad imaginem, & similitudinem tuam, & in proprio sanguine tuo redemisti: quem ego peccator non sum dignus nominare, nec invocare, nec corde cogitare

gitare. Te suppliciter deprecor, & humiliter exoro, ut clementer respicias, me servum tuum nequam, & miserere mei qui misertus fuisti Mulieris Chananæ, & Mariæ Magdalænæ. qui pepercisti publicano & latroni in Cruce pendenti. Tibi confiteor Pater piissime peccata mea; quæ si volo abscondere, non possum; Parce mihi Christe, quem ego nuper multum offendi, cogitando, loquendo, operando, & in omnibus modis, in quibus ego fragilis homo & peccator peccare potui: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo Domine precor tuam clementiam, qui de Cælo pro mea salute descendisti: qui David à peccati lapsu erexisti, parce mihi Domine, parce mihi Christe, qui Petro te neganti pepercisti. Tu es Creator meus, & Redemptor meus, Dominus meus, & Salvator meus, Rex meus, & Deus meus. Tu es spes mea & fiducia mea, gubernatio mea, & auxiliatio mea, Consolatio mea: & fortitudo mea, defensio mea & liberatio mea; vita mea, salus mea, & resurrectio mea: lumen meum & desiderium meum, & patrocinium meum. Te deprecor & rogo adjuva me, & salvus ero, governa me, defende me; conforta & consolare me: confirma me; & laxifica me; illumina me, suscita

suscit  
 tuum  
 famul  
 quan  
 que  
 sum.  
 dam?  
 Tu m  
 sce m  
 quam  
 me m  
 nare  
 morr  
 tare:  
 iniqu  
 impi  
 ego  
 ego p  
 as Do  
 quit  
 diner  
 & p  
 Dica  
 fti,  
 conve  
 mine  
 prec  
 ferico  
 ducas

suscita me mortuum, quia factura & opus  
 tuum sum. Domine ne despicias me, quia  
 famulus & servus tuus sum, quamvis malus,  
 quamvis indignus peccator, sed qualiscun-  
 que sum, sive bonus, sive malus, tamen tuus  
 sum. Ad quem ego fugiam, nisi ad Te va-  
 dam? si Tu me eijcis, quis me recipiet? si  
 Tu me despicias, quis me aspiciet? Recogno-  
 sce me ergo indignum ad te refugientem,  
 quamvis sum vilis: si immundus sum potes  
 me mundare, si cæcus sum potes me illumi-  
 nare; si infirmus sum, potes me sanare; si  
 mortuus & sepultus sum, potes me resusci-  
 tare: quia major est Misericordia tua, quam  
 iniquitas mea: major est pietas tua, quam  
 impietas mea: plus potes dimittere, quam  
 ego committere: & plus parcere quam  
 ego peccator peccare. Non ergo despici-  
 as Domine, neq; attendas multitudinem ini-  
 quitatum mearum, sed secundum multitu-  
 dinem miserationum tuarum miserere mei.  
 & propitius esto mihi maximo peccatori.  
 Dic animæ meæ: salus tua ego sum: qui dixi-  
 sti, nolo mortem peccatoris, sed magis, ut  
 convertatur, & vivat. Converte me Do-  
 mine ad Te; & noli irasci contra me! De-  
 precor te Clementissime Pater, propter mi-  
 sericordiam tuam supplico & exoro, ut per-  
 ducas me ad bonum finem, & ad veram pec-  
 nitentiam

nitentiam, puram Confessionem, & dignā satisfactionem, omnium peccatorum meorum, Amen.

*Contritio ante Confessionem.*

**A** Ch! infelix sum homo, unum per me nihil Peccavi! cui? Deo, Domino & Patri meo. Dic mihi mi anima, quid Tibi hæc Bonitas, hæc majestas fecit mali? in quo te unquam contristavit? dic mihi; Cur te amaritudine potavi bone Iesu. qui me impingvasti tot beneficiis tuis? cur sum factus contrarius Tibi, cui nemo resistere potest? Væ mihi peccator! væ mihi! quia Deum & Creatorem meum contra se excitavi: iram tremendi Iudicis mei concitavi: quis me eripiet de manu potentis? utinam nunquam natus non fuisset! Dedisti enim mihi vitam sed non ut offendam Te, Consideratis omnibus circumstantiis, an non melius mihi esset, in gratia tua inferni ardere igne? an sine gratia tua esse in Paradiso? Quid tamen peccator faciam? an desperabo forsan de bonitate tua.

Ecce ad pedes tuos mi Deus, sicut publicanus: ad pedes Patris, ut Filius tuus, licet prodigus, procido: hæc tantum est Cordis contriti, & humiliati consolatio, refugium, & spes

& spes mea. Abhinc polliceor custodire mandata tua per gratiam tuam. Et malo milles mori, quàm te semel offendere. In satisfactionem, Pater Filium tuum Iesum Christum, passionem & merita ejus offero Tibi, unde hæc in Filio, quæ sis dimissurus, servo & mihi peccatori, Amen.

*Alia Contritio ante Confessionem.*

**O** Pater noster, qui es in Cœlis, amantissime! cujus ego unicum Terræ monstrum ob gravissima facinora mea non sum dignus vocari Filius! qui Patrem in inferno elegi sceleribus meis; aperio tibi abyssum peccatorum meorum. Tentarem Domine flumine lachrymarum abluere scelera mea; sed non nisi cruor amantissimi mei Jesu lixivium peccatorum est. In inferno nequitia mea descripta sunt. ideo non guttam aquæ ut ille dives à Patre: Abraham, sed guttam sanguinis Christi postulo ego dives, locupletissimus, plenus omni iniquitate. Hac verò mea petitione nolo o Pater misericordiae fraudare justitiam tuam, sed volo deprecare bonitatem & Majestatem tuam. Non deprecor amissionem cæli, non deprecor supplicium inferni, sed deprecor offensam tuam, non ardere metuo, sed peccare doleo.

Quinimo optarem in ipsum infernum vivus descendere, ne amplius vultus tuus horrendis peccatorum meorum spectaculis lædi possit: sed quanta arrogare audeo? an in profundo inferni sub pedibus Luciferi aut Iudæ collocabor: an sub pedibus ejus qui alapam Iesu impegit? an expectabo præcipitium Antichristi? an ad januam inferni collocabor, ut omnes introeuntes me dilacerent & pessudent? nihil horū, cum ego non infernū, sed novos millies ac millies infernos promeritus sim? Ac proinde indignum me censeo etiam in societate Dæmonum, ac damnatorum, quia mihi soli infernus vilior & atrocior præparandus est, quia ego sum omnium peccatorum maximus. Ego sum opprobrium naturæ, pudor generis humani: si in te Creator dignissime, verecundia aliqua cadere potest, nullius rei puderet, nisi quod tam horrendū, & abominabile monstrum me conserves in mundo. Quin & ipsis Dæmonibus deterior sum. & sua societate inferni meritò me repellerent. Nam licet illi peccaverunt, non tamen erant experti tantam Misericordiam Dei: non peccaverunt contra Deum, qui pro ipsis non est crucifixus, nec se ipsis dedit in Cibum. At ego peccavi? Ergo indignior & deterior sum,

or sum Lucifero; indignior Iudâ, qui nondum viderat Iesum pro se mortuum; indignior Antichristo, qui non toties experietur gratiam ut ego; indignior omnibus demonibus, quia semel peccaverunt. Quid igitur miser faciam? nunquid cum Iuda præcurrere contendam laqueo desperationis sententiam, quam merui æternæ damnationis? in reliquo os meum apud te sine voce, & silentium loquitur tibi: *Ne proicias me à facie tua.* Misericors Iesu, propitius sis mihi maximo peccatori! Et cum præ multitudine iniquitatis meæ loqui non audeam, gemitus meos & lachrymas cordis mei intellige Misericordissime Deus.

*Ad Confessionem accedendo.*

**D**omine Iesu Christe novi Testamenti Sacerdos, qui virtutem sanguinis & Passionis tuæ in septem Sacramentis fundasti, & ad ea cum timore & reverentia accedere præcepisti, ecce ego infelix venio ad te, & coram te peccata mea confiteor, quæ tibi perfectius quàm mihi sunt cognita. Tu verò ad servum tuum misisti me, ut sicut Sacerdoti monstrarem me esse leprosum; ut perfectissimam medicinam sanguinis tui in hoc Sacramento Eucharistiæ acciperet, & mi

hi daret me ab omnibus peccatis potestate sibi de cælis à te datâ, absolueret, ut sic & in cælis sit solutum. Sed ô mi IESU! quomodo sufficiam sine adiutorio tuo? ideo supplico bonitati tuæ; lumine gratiæ tuæ Conscientiam meam illumines, ut possim omnes defectus meos agnoscere. Fac, ut hæc mea confessio sit pura; sincera, vera, integra & humilis. Da veram cordis contritionem & lachrymas oculis meis, nec me amoveas à facie tua, quia tu es Deus meus, qui in Cruce mortuus es, ut me salvum faceres, Amē.

*Jam accessurus ad Confessionem  
Sacramentalem.*

**D**omine DEUS, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina quæso splendore gratiæ tuæ cor meum, ut sufficienter cognoscam, defectus & peccata mea. eaq; cum verò cordis dolore & contritione confitear, sicut oportet coram Te & Sacerdote ministro tuo, ac plenè pro iisdem satisficiam, eaq; emendè ad laudè & gloriam, benedictæ Matris tuæ, ac Sanctorū omnium, ac salutem animæ meæ, Amen.

Admo-

## Admonitio omnino necessaria

ratione Confessionis juxta Decretum S.  
Ecclesie Cathedralis Tridentini Consi-  
lii Sess. 6. d. Ref. c. 6.

I. **Q**ui ante Sacerdotis absolutionem, non ha-  
bet dolorem pro peccatis, Confessio ip-  
sus est irrita, imò talis est sacrilegus, volens, nolens.

Quia vera Contritio, ex puro amore erga De-  
um procedens peccatorem justificat, modò cum in-  
tentione consistendi. In verba ea Domini, Quo-  
tiescunque peccator ingemuerit ad me, e-  
xaudiam eum, nec amplius recordabor ini-  
quitatum ejus.

Vide peccator quantum habes thesaurum: Quo  
modo semper, singulariter verò in necessitate &  
periculo quovis, sive circa indulgentias consequen-  
das, procuranda est tibi contritio. Ne te verò Dia-  
bolus subtilitate sua decipiat, & faciat tibi aliquos  
scrupulos, ratione acsi imperfecte Contritionis.  
Scito Deum, ipsa hominis voluntate contentum es-  
se. In tali scrupulo, dic etiam mente, vel similia.  
Domine, volo, desidero rectissima Intentione  
perfectè dolere de omnibus peccatis me-  
is. Tu perfectio absoluta Imperfectionem  
meam supplere digneris, sufficit, quia volo  
& desidero ut expedit. Scio, intentio tua  
stat pro facto excellentissimo.

ORA-

FERIA TERTIA  
ORATIO  
*Post Confessionem.*

**O** JESU infinite amabilis! unde mihi tam vili terræ vermiculo! tam immundo peccatori! tam ingrato seruo! tam prodigo filio! tam infideli Sponsæ! tanta miseratio tantæ bonitatis! tanta dignatio tantæ Majestatis! tanta dilectio tantæ charitatis! ut me toties à te longè aberrantem oculis misericordiæ tuæ respicere, erroneum reducere, cæcum illuminare, lapsum erigere, & ad pacis osculū invitare digneris. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, agnoscaris, ameris, & glorificeris infinite, ab omnibus, in omnibus, super omnia, gratis propter Te, in æternum & ultra.

Quomodo multiplicas super me hucusq; misericordiam, charitatem & bonitatem tuam? Agnosco, Veneror, amplector, omniumq; creaturarum possibilitium possibili affectu gratias ago, agamq; in æternum. Quam parum & imperfectè te infinito amore, honore, obsequio, dignissimum redamavi; glorificavi. Insuper, quoties sic N. offendi, agnosco. Detestor ingratitude meam erga Te, atq; ex animo doleo propter te. Ignosce, supple per Te, Ex momento hoc  
Te,

Te, tuumq; SS. beneplacitum tuum brachiis dilectionis, & omni possibili pietatis affectu ( licet me velles annihilare aut reprobare, quod infinita bonitas tua non permittet) arctissimè constringo, constringamq; in æternum. Da ut sciam, velim, possim, id perfecte præstare sicut scis & vis & omnes mecum Per lachrymas, Sudorem, & Sanguinem tuum JESU; *Deus cordis mei*, da gratiam omnia peccata, maxime hoc N. emendandi, in hac N. virtute proficiendi, hoc N. opus reformandi, & obtinendi; in sancta vocatione perseverandi. Fac ut in Te vivam, in Te moriar, in Te perennem. Sim obsecro totus Tuus, & Tu meus, ô JESU, in æternum, per merita tua, Beataque Virginis, ac Omnium Sanctorum.

*Hic Pœnitentiam persolve & dic.*

Similem gratiam, indulgentiam, misericordiam omnibus, pro quibus mori dignatus es, & pro quibus opera orare teneor & soleo præsta ô Bone JESU! Per infinitam charitatem tuam, per lachrymas, sudorem, & sanguinem tuum, per merita Beatae Mariæ Virginis Matris tuæ, & Omnium Sanctorum defunctis requiem concedendo, ut à peccatis expiati, & in refrigerium educi, pro me ingrato

grato peccatore, te perfectissime ament, laudent, & glorificent. Iustos in gratia constitutos conservando, promovendo adjuvando, ut in Sanctitate & Iustitia tibi servientes omnibus diebus vitæ suæ, eant de virtute in virtutem, donec beatè videaris ab eis in cælesti Sion. Peccatores omnes oculis Misericordiæ tuæ, benignè respiciendo ad agnitionem, timorem & amorem Tui misericorditer convertendo, ut & ipsi de alba in sanguine tuo, misericordias tuas nunc in terris post hac in Cælis cum Beatis omnibus decantent in æternum.

*Qui peccus suum percutit & non fit melior, peccatum corroborat, non removet Sanctus Augustinus lib. 5. de lib. arb.*

## ATTRIBUTA DIVINA AD MATUTINUM.

Potentia DEI.

**D**EUS faciens, magna, & inscrutabilia, & mirabilia quorum non est numerus. Iob. 5. & 9.

O Potentia infinita, Deus meus omnipotens! Tu solus es possibilium cognitor, Potens omnia, nisi implicet ex parte objecti. Cujus effectus ab extra coequalis est potentia suæ. A quo omnis potestas. Dominator absolutus! Princeps, Rex, gubernator, Cui omnia

omnia subsunt. Cujus Actus Potentiæ est idem, cum essentia sua. Cujus esse & Operari, idem sunt. Principium actuum rerum omnium, non passivum. Nobilissimus & purissimus Actus. Nulli potentialitati subjacens. Cujus voluntas, quod imperat, id potentia exequitur; & Scientia ad id dirigit, quæ omnia unum sunt, ratione tantum distincta. Agens infinitum, movens omnia, ipse immobilis. Cognoscens non Entia, Possibilia tamen, Scientia visionis; quia ipsi omnia sunt presentia; non Entia verò & impossibilia cognoscens Scientia simplicis intelligentiæ. Tu es cognoscens mala per bona. Cognoscens singularia, quia contingentia, quia ea creas; infinita, quia omnia cognitioni ipsius subsunt, sine omni temporis respectu, eadem ratione futura. Tua potentia nullam habet mensuram, nisi ipsam suam propriam Divinam Immensitatem,

Complacito mihi, & gaudeo Domine, de tanta tua Majestate & Potentia; ex cujus consideratione rogo Te, ut profundissimam reverentiam & submissionem erga Divinam Majestatem tuam animo meo imprimere velis. Placet etiam ut disponas & statuas de me, & omnibus Creaturis, secundum tuum beneplacitum: quia nemo potest tibi dicere,

re, cur sic facis? omnia tua sunt, & opera manuum tuarum. Fac Domine, ut semper præ oculis habeam hanc certissimam veritatem, nempe Te mihi assidue præsentem esse: & manu tuæ omnipotentia mihi minitari fulmen æternæ damnationis, si mandatis tuis non obtemperem; & ita Te nunquam offendam,

Da insuper fiduciam & securitatem cordi meo erga Te, ne ullum præter Te timeam & ne creatura ulla possit me separare ab amore tuo. Nam, quid sunt omnes aliæ Creaturæ, si tecum conferantur, quàm nihil vel quid mihi mali sine tua permissione, possunt inferre? quod si tamen ab aliqua permittas me affligi, hoc ipsum Domine mei, cedit in meam salutem, & mihi cooperatur ad acquirendam vitam æternam. Et ideo omnem meam fiduciam pono, & repositam volo in Te. Potentissime Deus & Domine. Amen.

## AD VESPERAS.

### SAPIENTIA DEI.

*Magnus Consilio, & Incomprehensibilis Cogitatu.*

*Ierem. 32.*

**O** Incomprehensibilis Sapientiæ DEUS meus! Tu solus es omniscius, Intellectus primus. Archetypon increatum: Increata sapientia

sapientia. Idea idearum. Ineffabilis: quia illuminata essentia, Incomprehensibilis, quia intellectum creatum infinite excedis. Vita Vitarum, à qua omnia vitam & Esse participant. Monas intellectualis, quia unitas essentialis. Cujus scientia non est actus, sed sua substantia. Non est per modum Conclusivnis neq; universalis, neq; particularis, non per modum habitus vel Potentia, sed altiori modo se habet, utpote identificatum cum Essentia Divina, Tu solus intelligens es per se, cujus intellectus idem est cum eo, quod intelligitur. Quem nihil latet: Comprehensores sui ipsius essentialiter & substantialiter. In quo intellectum, intelligere, & intelligibile idem sunt. Qui in se & virtute sua omnia alia cognoscis à se producta, sine discursu, in se ipso, ut est Causa causarum. Omnia quæ sunt, per Tuam sunt scientiam approbationis. O Sapientia admirabilis! hæc totam simul ambit æternitatem & intra se totam Immensitatem capit, totam ad se trahit infinitatem, omnia in ipsa quodam habent æternum Esse, & æternam vitam. Deniq; caret principio & fine, & per omnia es immutabilis. Placet mihi Domine, gaudeo, & gratulor tibi istam tuam profundissimam Sapientiam, quæ scrutator es cordium

um

dium. O Sapientissime Deus! existo tuae lucis inexhausto fonte, radium aliquem diffunde precor, in mentem meam, ut perfectè cognoscere possim pulchritudinem virtutis, & turpitudinem peccati: ut hanc fugiam, illam verò prosequar, & magis magisq; diligam; id quod ad gloriam & honorem Tuum cedat sempiternum, Amen.

### Meditatio contra Luxuriam.

**E**X precedentibus duobus Attributis Divinis, scitis est, supra se Peccator, quanta sit Deus Potentia & sapientia. Et cur peccare praesumis? Potens est in Caelo & in terra; & quis resistet ei? sapientia suâ totum comprehendit, & nihil est ei occultum: Cur tegis peccata tua, quae perfectius constant ei? Homines infelices se esse putant, dum amittunt aliquam sortem substantiae, bonorum &c. jure injuriaq; fatorum, vel quovis modo: quid putandum, dum bonum infinitum ipsum, dum felicem Aeternitatem miserrimè perdimus? O infelix anima quae propter peccatum Deum amittit! pro nihilo damnâ hoc patitur, Peccatum nihil aliud est, nisi nihil; tu ejus es servus, minor itaq; es, & vilior quàm nihil. Considera quid sit melius, hoc nihil quàm Deus? in quo, per quem, ex quo sunt omnia. Intellige & cognosce ad acquirendum difficilius esse & carius Infernum Caelo. Qualitercunq; peccare volueris aequaliter

*Equaliter erit fortune vel salutis tue dispendium. Quid te constat contritio? Difficilis infernus, quia Deus usq; ad mortem expectat peccatorem ut resurgat Cælum verò habes in momento Quotiescunq; enim peccator ingemuerit exaudiam eum (dicit Dominus) nec amplius recordabor peccatorum ejus. O peccatum! quam es commune quotidianumq; hominibus, quia incognitum: ludendo, joco, sine scrupulo, liberè, audacter, bona mente, communicare, de maledictione Divina. O infelix presumptio! Stultia! ô deplorandi ioci! ô despiens sapientia! quid timebis, si non times iram Dei? Ecce Iesus in Cruce moritur ut tu vivas Deo; & tu vis omnino Deo mori & felici æternitati propter mundi vanitates, & insuper dum malefeceris, gloriaris, Vide supra te esse Dei Sapientiam, scit, quid tu agas. Est & Potentia ejus contra te, que potest te ut inimicum suum uno delere momento. Dissimulat quidem nunc tibi, sed nisi respueris, in majora peccatorum genera dissimulat, propter justitiam. Quid tamen facturus est peccator? Ecce dicit Dominus Facite pœnitentiã & ipse nos absq; sua necessitate docuit, in vita sua curam nostri habuit ut nos cum Deo Patre reconciliaret pro peccatis nostris. Si Iesus Sanctus Sanctorum jejunabat, flebat &c. cur nos recusabimus peccatores? Quodlibet peccatum, vel per peccatorem, vel contra quem peccatum est puniendum. Si peccato-*

peccatores se non punient in vita presentis? in futura à Deo omnino erunt eternè puniendi Peccata quæ non debentur lachrymis veræ pœnitentiæ punientur igne eterno. An non melius nunc flere, & dolere aliquo tempore pro peccatis, & quidem brevissimo respectu eternitatis, quàm eternè cruciari? Habito tam optimo Bono, sponte dimittere, & sufficienter non dolere; o! si quid potest gravius esse quæso? Nihilominus ad placandam Divinam Majestatem, non sufficit provolvere se in terram, percutere pectus, flere &c. si pro peccatis verum dolorem, & intentionem cum proposito amplius non peccandi; si tibi es Theologus, & conscientia tua minus scrupulosus sufficis? non facis penitentiam, sed illudis Deo. Preces enim, Eleemosyna, Ieiunia &c. & omnes mortificationes Carnis, sunt modo S. Penitentia superficialia: sed separatio à peccatis, mortificatio sensuum, verus pro peccatis respectu offense Divinæ dolor. Hæc est vera Penitentia, & securitas gratiæ Divinæ.

### Remedia contra Luxuriam.

1. **F**uge quamprimum. Pugnatur quidem cū falsis vitis, hæc sola fuga vincitur. Libido nunquam expletur nunquam dicit sufficit. Obsequeris hodie? majora cras imperabit. Negas? vim faciet. Dum servitur libidini (inquit S. Augustinus Lib. 8. Conf. c. 5. fit consuetudo, tenet deniq;

nig;  
man  
2.  
huic u  
oculis  
gine  
Deus  
facere  
v. l. Bo  
re &  
3.  
hanc te  
neum  
cedit  
42. v  
Prov.  
4.  
letud  
innun  
amiffi  
Salom  
semper  
o caut  
Fili n  
vijs i  
domu  
5.  
ventur

niq; obstrictum miserum, *Eheu! Libidinis*  
*mancipium Dura necessitas.*

2. *Custodi oculos, manus, aures, quibus omnis*  
*huic vitio praecludatur aditus. Pepigi fœdus cum*  
*oculis meis ut ne cogitarem quidem de Vir-*  
*gine, quam enim haberet partem in me*  
*Deus? dicit Iob. c. 3. v. 11. Si nimirum hoc*  
*facerem. Recte quoq; monet Apostolus. I. Cor. 7.*  
*v. 1. Bonum est Homini mulierem non tange-*  
*re & Eccl. 28. Sepi aures tuas spinis.*

3. *Euge occasiones & consortia, quibus alias in*  
*hanc tentationem inductus es, maxime verò femi-*  
*neum sexum vita. De vestimentis enim pro-*  
*cedit tinea & à muliere iniquitas Viri Eccl.*  
*42. v. 13. Per lingvæ blandimenta decipit.*  
*Prov. 38.*

4. *Expende Iacturam Honoris, fortunarum, va-*  
*letudinis, perturbationes animi, iristitiam, aliq;*  
*innumera mala, qua præter offensam Dei, gratiaq;*  
*amissionem ex hoc vitio pullulant graphicè, à*  
*Salomone descripta. Prov. C. 7. & alibi. Utinam*  
*semper ab ipsomet Salomone observata; tu illius ma-*  
*o cautior excipe saluberrimam momentis vocem.*  
*Fili mi audi me: ne abstrahatur mens tua in*  
*vijs illius (Lascivientis Mulieris.) via inferi*  
*domus ejus, penetrantes in interiora mortis.*

5. *Considera, quam pauci huic vitio dediti sal-*  
*ventur nec mirum est. Nam verbum sapiens*

M

audivit

audivit luxuriosus, & displicuit illi, & pro-  
 icet illud post tergum suum. *Eccel: 21. 18.*  
*Osee 5.* Non dabunt cogitationes suas ut re-  
 vertantur ad Deum tuum, quia spiritus for-  
 nicationis in medio eorum. *Ob hoc vitium,*  
*non solum Sodomam, & Gomorrhham caelesti igne*  
*Gen: 19.* verum & universum genus humanum  
 diluio deleri necesse fuit: Nulla alia ratione, abo-  
 minabile hoc vitium tolli, aut emendari potuit.

6. Propone tibi ob oculos, aliquot ex tuorum vel  
 tuarum nuper familiarium defunctorum cadaver  
 in putredine sua, & foetissimorum vermium corro-  
 sione constitutum, an ad hujus amplexum propen-  
 des? amplectere, & has ab ea voce excipe: me-  
 mor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum:  
 mihi heri, & tibi hodie, *Eccel. 38. v. 23.*

7. Representa tibi luxuriosorum cruciatus. In  
 stagno ignis ardentis, sulfure. *Apoçal. 19.*  
*v. 20.* Eheu! momentaneum est, quod delectat  
 aeternum quod cruciat. quod quia miseri in  
 tempore non considerarunt, hinc aeterna illa damna-  
 torum est lamentatio: ergo erravimus a via ve-  
 ritatis; transierunt omnia tanquam umbra.  
*Sap. 5.*

8. Praesentiam Dei, B. M. V. & Angeli Custodis  
 considera, tibiq; dictu illud puta: Quocunq; perre-  
 xeris, memento te deprehensu Gen. 20. v. 16.

9. Confuge in expansa Crucifixi Domini nostri

**IESU**

**I**ESU Christi brachia, te ad amorem sui provocantis, tuosq; amplexus avidè expectantis. O quànò majoribus hinc anima tua Voluptatibus perfundetur, quam ab ijs, quæ promittit caro, Ach curre? *Œ* dic: hæc requies mea &c. vel quid mihi est in cælo? &c.

10. Carnis petulantiam Iejunijs, cilicijs, flagellis &c. cum Davide coerce, aliâq; remedia adhibe, quæ supra inter generalia insinuantur.

### Oratio contra Luxuriam.

**P**Ater peccavi in Cælum & coram te, & jam non sum dignus vocari filius tuus. Quid faciam miser? non enim permanebit spiritus tuus in homine, quia Caro est. Ah! miserere mei, miserere. Quod cum tot reprobatorum millibus, quos hodie dum abominanda Luxuriæ pestis in gehennam præcipitat, raptus non sim, infinitæ bonitaci tuæ adscribo. Ergone iterum peccabo? iterumne pretiosissimum sanguinem tuum ô IESU! in ablu-tionem scelerum meorum effusum amore bestialium voluptatum conculcabo? Absit! ô IESU absit! Obsecro te ô Fili castissimæ Virginis Mariæ, à spiritu fornicationis libera me. *Amplius lava me ab iniquitate mea; & à peccato meo munda me. Ne proicias me à facie tua, & Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me.*

*Oratio contra tentationes Carnis.*

**D**EUS, Tu solus es Perfectio perfectissima & nisi nos ipse custodiveris, peribimus. Ecce tentationes super gressa sunt super me, quid faciam? Amor meus Crucifixus Christus, jam abundo in delicijs? avertat DEUS avertat. Spiritus meus promptus est, sed Caro infirma & rebellis. Adesto mihi bone IESU, & per Immaculatam Conceptionem Beatæ MARIE Virginis Matris tuæ, quæso. Sanctissimus Sanguis tuus non pereat in me. Veni Beata MARIA Virgo per amorem Sanguinis Tui Filij in adjutorium meum. Adjuva me Deus Pater in Nomine IESU Christi quia pereo. Et ne nos inducas in tentationem IESUS ✠ MARIA ✠ JOSEPH ✠. Ecce Crucem Domini fugite partes adversa! In Nomine ✠ Patris, & Filij & Spiritus Sancti, Amen. Sancte Paule. Sancte Antoni, Sancte Joannes, Sancte Jacobe, Sancte Thoma de Aquino, Sancte Rogieri, Sancte Equiti, Sancte Marciane. Sancte Benedicte, Sancte Pater niane, Sancte Hieronyme, Sancte Joannes bone, Sancte Alferi, Sancte Macari, Sancte Hugo, Sancte Helene, Sancte Josaphat, Sancte Vincenti, Sancte Nicolae, Sancte David, Sancte Francisce, Sancta Catharina Senensis, Sancta

Sancta Angela, Sancta Juliana, S. Ermelindis, Sancta Ludgardis, Sancta Maria Magdalena, & Omnes Sancti & Sanctæ Dei olim tentationum Victores, atque singulares contra tentationem Patroni defendite me, juvate me ut vincam. Fiat Domine cor meum & Corpus Immaculatum, In Nomine P Patris, & Filij & Spiritus Sancti, & in virtute Immaculatæ Beatæ Mariæ Virginis, Amen.

### Meditatio pro Feria Tertia.

De judicio, ad Vesperas.

**P**ro imaginatione loci, cogita te coram Christo sedente in Throno judiciario tanquam deberem stare, redditurum rationes, &c.

#### PUNCTUM I.

**C**onsidera, qua ratione anima soluta Vinculis Corporis, ab omnibus derelicta Christo Iudici sistenda sit, eternam acceptura sententiam; ubi, nec preces, nec lachrymæ quidquam valebunt, nec excusatio admittetur, ubi Angelus Custos, & diabolus, bona & mala opera proferent. Quid tum miser sum dicturus. Quem Patronum rogaturus. Cum vix justus sit securus. Affectus: Adbuc ne ero mihi tam injurius? si nosmetipfos judicaremus, utique non judicaremur. 1. Cor.

II.

PUN.

**C**onsidera, non tantum de gravibus peccatis, sed etiam de Verbo Otioso reddendas rationes, tunc et scribetur illud. Dan. 5. 23. Mane, Thecel, Phares, Mane numeravit Deus regnum tuum, et complevit illud. Thecel, appensus es in statera, et inventus es minus habens. Phares divisum est Regnum Tuum, et datum est Medis et Persis et c: Affectus: et ego non paveam? Confige timore tuo carnes meas, a judicijs enim tuis timui, Psal. 118. Non intres in Iudicium cum servo tuo Domine: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Psal. 142.

## PUNCTUM III.

**C**onsidera, quanto cum tremore expectabis sententiam Dei iudicis, que in eternum non mutabitur, an, Venite benedicti ad regnum Patris mei: an, ite maledicti in ignem eternum: Affectus. et me deinceps peccare delectabit? Loquar in amaritudine animæ meæ; dicam Deo.

Noli me condemnare Iob: 10, 1.

Colloquium Gratias age Christo  
quod tibi in hucusq; temporis gratia  
indulserit, et c,



DEVO.



# DEVOTIO FERIA QVARTA.

Laus DEO per Exercitia Virtutum.



**G**Urare ut saluus fias, est proprius hominis respectus reliquis sunt minora. Acta hujus mundi Principum, aularum practica, bella, legationes, expeditiones gloriosa, facta generosa; sumptus, & speciosa quaevis & c. nugae sunt, & modo pueriles lusus. Agunt, & nesciunt quid agant? quo fine? propter quem? si modo agunt Quo enim alicujus effectus sunt certiores impedi- ente Deo, totum inane negotium. Porro, unum est necessarium, Deum diligere, placere ei, & sal- vare animam suam. Et haec est perfectio bonitatis, perfectionis & felicitatis aeternae. Necessario iste nec se putat esse hominem, qui diligit: haec maxima necessaria, speciosa, re inania ac subdola, quorum effectus incertus, & damnum incompensabile.

O qua cecitas & amentia! meditari vitam & non meditari bonam: sollicitè procurare fortunam temporalem, aeternam negligere. Morieris & haec quae congregasti, aliena erunt: & de aeterna felicitate, possessione oblivisci quid? O! quae stultitia Quid prodest homini totum lucrari mundum si a-  
nimam

niman perdet? Omnes Creaturae non alio fine sunt create nisi propter nos, & nihil profunt, si illis eo non utimur fine. Unde, modo deficiat homo curare Divina, tenentur ei, Sol non lucere, non moveri Astra, Terra sterilefcere, recedere Angeli &c. Uno verbo talis homo tenetur evanescere. Indignus ut videat & ab omni viventi Creatura excludendus, qui non vult cum Deo vivere in aeternum.

Tamen plures sunt, qui potius presentia curant quae sunt super terram, vix aliquid de futura cogitant Aeternitate. Ubiq; studemus lucro etiam cum fastidio, & dispendio Honoris, Conscientiae, & fortune, & quod est summe necessarium & acquisitionis facillimum, Aeternitatem felicem negligimus. Curamus quidem & istam, sed quomodo? O bone Deus? ac si non nostram. Habemus pecunias? procuranda eorum locatio, in nobis mundis & liberis, ne careas provisione si non in usuram jure Divino, & Politico vetitam, tunc alio modo ejusdem naturae mutato cognomine, obliti praecepti Divini, mutuo dantes, nihil accipientes Lucae 16. Sub pallio accommodationis simulato, propter suum respectum habendi Charitatis affectu; quod tamen coram Deo inexcusabile, siquidem opus Charitatis tenetur esse purum, sine privato sui commodo. sed cum provisione retributionis Divinae. Ultra, si non est possessio sufficiens vel securae locationis, non attentis

tot proximis, ex charitate, Dei adjutorio, subsidio indigentibus Captivis pro fide, Consanguineis, oppressis, Orphanis, Viduis, Virginibus, miseris, pauperibus, mendicare erubescens laborare non valentibus? quorum nihil apud nos Catholicos, sed fundationes procurantur, quæ casu fortuito, vel in tempore fundatorem proximum & regnum aggravant, & ipse fundationes cum maledictione evanescent. Habes villam? promovendi sunt proventus. Minimi damni penitet nos, & irreparabilis æterna nihil. Copias habes famulorum, quibus, ut tecum manducen, substantiam tuam consumant, minis, nisi rogati serviant, suæ potius quam tuæ fortune, te decipiant, calumnientur, ideo soluis? servi Christi pauperes, ne micæ quidem de mensa tua communicant, domo pelluntur. Omnis pro carne commoditas nulla pro Anima.

Videtur pro certo talis vita non esse nostra, sed alicujus alieni, quod anima nostra non vertineat ad nos, non sit nostra, sed aliena, potius hostis alicujus nostri, bestie vel illa carcamus, vel eo sine eam habeamus, ut illam perdamus.

Ecce bonitas Divina, ulro nobis media subministrat, naturam hominis suscipiens, præ est nobis exemplo per Virtutes sanctas potius nos curare quæ sunt in caelis instituendo, ad extremum & quæ sunt in Terra consequi affecurat. Primo quaerite Regnum Dei, & Iustitiam ejus omnia adij-

adijcientur vobis, si omnia, ergo nullus erit defectus temporalium & aeternorum in gratia Dei.

## ORATIO DOMINICA.

*Pater Noster.*

**I**N caelis habitas, veluti in throno gloriae tuae, sed alta à longè cognoscis, & nostra intimè consideras. Nam oculi tui lucidiores sole. Unde e folio Majestatis tuae contemplaris in omni loco bonos & malos: dilectos verò filios tuos, peculiari favore & benevolentia respicis. Da mihi obsecro quod jubes ut amem te, & ambulem coram te; timeam te, non ut reus judicera, sed ut Filius Patrem, & studeam esse perfectus, sicut tu Pater meus caelestis perfectus es.

*Sanctificetur Nomen tuum.*

**I**D unice, & ante omnia desidero, ô bone **JESU!** ut in Nomine tuo omne genu flectatur; ut à me, & ab omni recta & pura intentione omnia fiant ad majorem gloriam Nominis tui: ut ab omnibus cognoscaris & lauderis, ô Sanctissime Redemptor mundi: utinam sic quoque luceat lux nostra coram hominibus, ut videntes conversationem nostram bonam glorificent te Patrem nostrum in Caelis.

*Adveniat*

*Adveniat Regnum tuum.*

**S**umus enim advenæ & peregrini super terram: ad hoc verò nati, & quod majus est, sic formati ad imaginem tuam; imò redempti per sanguinem tuum, ut simus cōsortes Regni Tui ( non enim habemus hic manentem Civitatem, sed futuram inquirimus ) ut quæ sursum sunt quærentes & sapientes, non quæ super terram, conversationem nostram habeamus in cælis. O! si primum quæremus Regnum Dei & justitiam; de cæteris enim tu nos Domine facis securos. Quid ergo erit in mundo (qui totus in maligno positus est) quod mihi sic arrideat, ut immemor fiam Regni tui, ubi in bonis replebitur desiderium nostrum? Quid erit, quod me separet à te? valeant omnia regna mundi & omnis gloria eorum. Melior mihi est dies una in Regno tuo, super millia; imò cætera regna vana, brevia, caduca sunt solius Regni Tui non erit finis.

*Fiat voluntas tua.*

**F**iat omni modo per me, in me, & de me, quo ad corpus & animam & omnia mea. Omnes Angeli, omnia Elementa, mare, & ventî, & omnes Creaturæ obediunt voci tuæ; quantò magis, ego vermis terræ, servus tuus faciam voluntatem tuam? Tua voluntas, utinam

utinam sit summa & sola mea voluntas: sed  
& vera mea felicitas, velle quidquid vult  
Deus. Quid enim mihi est in cælo, & à te  
quid volui super terram, *ô Deus Cordis mei,  
& pars mea, Deus in æternum.*

*Panem nostrum.*

**N**on petimus quod voluntati seruiat, sed  
quod necessitati sufficiat. O Domine!  
oculi omnium sperant in te, & tu das illis e-  
scam in tempore opportuno. Tu aperis ma-  
num tuam, & imples omne animal bene-  
dictione. Ecce proijcio & ego in te omnem  
curam meam, quoniam tibi est cura de no-  
bis. Tribue tantum victui meo, & amictui  
necessaria, & fac ut his habitis sim conten-  
tus: gratus in omnibus erga te Datorem o-  
mnium. Absit à me, ut in abundantiam  
donorum tuorum, luxus, saturitas & otium  
committatur. O quam multi à fructu fru-  
menti Vini & Olei multiplicati, impingvati,  
& in crassari derelinquunt te Deum factorem  
suum! mihi sat magnus quæstus erit, pie-  
tas cum sufficientia.

*Et dimitte nobis debita.*

**O!** quam svavis est Domine spiritus tuus!  
sic ne nos doces orare? quasi modus  
gratiæ & indulgentiæ tuæ pendet ex mor-  
bis nostris, & affectu nostro in proximum.

O nova

Onova & mira orandi formula! & simul pietatis tuæ tessera; ecce quales sumus in proximos, talis fueris in nos. Ergone difficilis ero ego homo ad condonandum proximo, ut te Deum quoq; talem experiar? Quin potius ero tardus ad iram, & sol non occidet super iracundiam meam. Absit à me, ut sim implacabilis, vindictæ cupidus, & memor injuriæ adversus proximum meum, ne & tu memineris iniquitatem meam, & in ira tua corripas me. Quid ni denarium unum dimittam libens proximo, ut tu innumera talenta dimittas mihi?

*Et ne nos inducas in tentationem:*

**Q**uid enim est vita hominis super terrâ; nisi tentatio? sed ne finas me tentari supra id quod possum, nihil autem possum sine te, at omnia in te, si confortet me gratia tua. Da ut tentationes carnis mortificatione & occasionum fuga præveniam Leoni illi rugienti, qui circuit quærens quem devoret, resistam fortis in fide. Mundi judicia contempnam: momentanea æternis minime præferam. Fac, ut omnis tentatio mihi sit ad disciplinam, nulla ad ruinam.

*Sed libera nos à malo.*

**N**Am ecce, dum sic ad Apicem virtutis enitimus, multa nos hic perturbant mala

la undique: sed in quibus omnibus dominatur Divina tua Providentia, testatur id Propheta tuus dicens. *Non est malum in Civitate, quod Dominus non fecit*; malum nempe pœnæ quale scilicet est, bellum, fames, morbus, egestas, pestis &c. Hæc ne in malum culpæ vergant id obnixè rogamus; hoc enim foret omnium maximum malum: cæteroquin mala non erunt, si non separent nos à te summo Bono. Id tuæ Potentiæ, Bonitatis & Sapientiæ est, ô Domine sic mala ista dirige, ut diligentibus Te omnia cooperentur in bonum. Tamenim potens es, ut nullum permitteres malum, si non posset inde elicere majus bonum:

## L I T A N I Æ .

**K**Yrie eleison, Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos, Christe exaudi nos,  
**PATER** de Cælis **DEUS**, Misereere nobis.  
**FILI** Redemptor mundi **DEUS**, Misereere:  
**SPIRITUS** Sancte **DEUS**, Misereere nobis.  
**SANCTA TRINITAS** Unus Deus, Misereere nobis

**DEUS**, Qui primos Parentes in originali justitia & innocentia creasti, *Gen. 2.* Misereere nobis.

Qui Abel singulari affectu religionis offerentem

rentem

- rentem respexisti, *Gen. 4.* Miserere nobis;  
**Qui** Noe inter perverfos, justum inventū  
 à diluvio per Arcam servasti, *Gen. 7.* Mi-  
 serere nobis.  
**Qui** Loth & Abraham singulari hospitalita-  
 tis laude illustres fecisti, *Gen. 18. & 19.*  
 Miserere nobis.  
**Qui** Abraham mirabili obedientia & fide  
 coronasti. *Gen. 22.* Miserere nobis,  
**Qui** Isaac, & semini ejus benedictionem om-  
 nium gentium promifisti, *Gen. 26.* Mi-  
 serere nobis.  
**Qui** Iacob mira in aduersis patientia & fi-  
 ducia roborasti, *Gen. 29.* Miserere nobis.  
**Qui** Ioseph singulari pudicitia & amore ca-  
 stitatis donasti, *Gen. 39.* Miserere nobis.  
**Qui** Moysen populi tui Ducem, & virum  
 mitissimum, in omni Domo tua fidelissi-  
 mum prædicasti, *Num: 12.* Miserere no;  
**Qui** eidem eximiam erga proximos charita-  
 tem, & fraternæ salutis zelum inspirasti.  
*Exod. 32.* Miserere nobis.  
**Qui** filijs Levi magnum vindicandi honoris  
 tui zelum indidisti, *Psal. 6,* Miserere nobis;  
**Qui** Samuelem Prophetam justitiæ aman-  
 tem, & ab omni munerum corruptela, a-  
 lienum populo tuo judicem dedisti, *1. Reg.*  
*7. & 12.* Miserere nobis,

Qui

- Qui David Regem, virum secundum cor  
 tuum, justitiæ mansuetudinis ac pietatis  
 laude sublimasti, *1. Reg. 13.* Miserere n;
- Qui Salomonem Sapiaentia mirabili, pace &  
 gloria super omnes terræ Reges exorna-  
 sti. *3. Reg. 4.* Miserere nobis.
- Qui Tobiam insigni patientia, & erga pro-  
 ximos misericordia decorasti, *Tob. 2.* Mi-  
 serere nobis.
- Qui Iudith singularis Castimonix & pietatis  
 Viduam, orationis fiducia, & magnitudi-  
 nis gloriâ nobilitasti. *Iud. 8.* Miserere n:
- Qui Esther & Mardochei fidelitate popu-  
 lum tuum ab excidio liberaisti. *Esth. 8.* Mi-  
 serere nobis,
- Qui Iob, mira & rara patientia nobis omni-  
 bus in speculum & exemplar patientiæ de-  
 disti. *Iob. 18.* Miserere nobis.
- Qui Eliam Prophetam singulari Zelo & li-  
 bertate spiritus, adversus pseudopro-  
 phetas & impios armasti. *3. Reg. 18.* Mife-  
 rere nobis.
- Qui Iosia Regi, pium legis & religionis ze-  
 lum infudisti. *2. Par. 34.* Miserere nobis
- Qui Daniele Prophetam singulari absti-  
 nentia, sobrietate, & sapientia decorasti.  
*Dan. 1.* Miserere nobis.
- Qui tres Pueros ob Confessionem tuam, in for-  
 nacem

fornacem ignis ardentis intrepidus intrare  
& illafos exire fecifti. *Dan<sup>9</sup> 13.* Miferere  
nobis.

Qui Matathiam & Iudam Machabæum, fingulari zelo & amore legis, & Patriæ religionis in hoftes armafti. 1. *Math. 2. Ibid.*  
3. Miferere nobis.

Qui 7. Machabæos, una cum Matre invictos inter supplicia fecifti. 2. *Math. 7.* Miferere nobis.

Qui Sanctiffimam Virginem Mariam ab omni peccato immunem in puriffimam Sponfam & Matrem elegifti. *Luce 1.* Miferere nobis.

Qui eandem fingularem Caftitatis, Humilitatis, Obedientiæ, & Virtutum omnium privilegio, præ cæteris electis omnibus exornafti. *Ibid.* Miferere nobis.

Qui fenem Simeonem iuftum & timoratum magno defiderio expectantem redemptionem Ifrael, adventu tuo mirè recreafti. *Luce 2.* Miferere nobis.

Qui tres Magos Reges, magno Zelo ad requiendum, & adorandum cæli terræque Regem recens natum excitafti. *Math. 2.* Miferere nobis.

Qui Ioannem Baptistam mira vitæ austeritate & abftinentia, Præcurforem & pœnitentiam

rentiæ Praeconem misisti. *Math.* 3. Miserere nobis.

Qui eundem Zelo & amore veritatis ad arguendum impij Regis crimen intrepidū fecisti. *Marci* 6. Miserere nobis.

Qui Discipulos & Apostolos rudes, pauperes. & simplices elegisti, sed per eos, totum mundum Evangelio subiecisti. *Mar.* 4. Miserere nobis.

Qui Ioannem Castitatis dono insignem singulari amoris privilegio dignatus es. *Ioan.* 13. Miserere nobis.

Qui Chananeæ supplicantis fidem & orandi perseverantiam commendasti. *Math.* 15. Miserere nobis.

Qui Centurionis & Reguli fidem, miraculo & sanitatis beneficio approbasti, *Math.* 8. Miserere nobis.

Qui publicani humilitatem singulari praconio extulisti, *Luca* 18. Miserere nobis.

Qui in turbis triduo se sustinentibus Verbi Divini audiendi zelum miraculo comprobasti, *Mar.* 8. Miserere nobis.

Qui in die Pentecostes, Apostolorum tuorum corda igne Sancti Spiritus in tuo amore confirmasti, *Act.* 2. Miserere nobis.

Propitius esto. Parce nobis Domine.

Propitius esto, Exaudi nos Domine.

Vt abne-

Vt abnegantes impietatem, & secularia desideria sobria & justè & pie vivamus in hoc sæculo. *Tit. 2.* Miserere nobis.

Vt operemur bonum, dum tempus habemus, *Galat. 6.* Miserere nobis.

Vt digne ambulemus vocatione quâ vocati sumus, *Ephes. 4.* Miserere nobis.

Vt supportemus invicem in Charitate solliciti servare, Vnitatem spiritus in vinculo pacis. *Ibid.* Miserere nobis.

Vt simus Factores Verbi: & non auditores tantum, Te rogamus audi nos.

Vt habentes alimenta & quibus tegamur his contenti simus, *1. Tim. 6.* Te rogamus:

Vt nemini quidquam debeamus, nisi ut in vicem diligamus. *Rom. 15.* Te rogamus

Vt provideamus bona, non tantum corâ Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. *Rom. 12.* Te rogamus audi nos,

Vt Corpora nostra hostiam viventem, sanctam Deo placentem Rationabile obsequium nostrum exhibeamus, *Ibid.* Te rogamus audi nos.

Vt nulli malum pro malo reddamus. *Ibid.* Te rogamus audi nos.

Vt per bona opera certam vocationem nostram facere satagamus. *2. Petr. 1.* Te rogamus audi nos.

Vt bonum facientes non deficiamus. *Galat.*

6. Te rogamus audi nos.

Vt semper in Domino gaudeamus. *Phil.* 4.

Te rogamus audi nos.

Vt non quæ nostra sunt; sed quæ Iesu Christi ante omnia quæramus. *Phil.* 2. Te rogamus audi nos.

Vt qui ore confitemur Deum factis non negamus. *Tit.* 1. Te rogamus audi nos.

Vt omne quodcunque facimus in Verbo. aut in opere omnia in gloriam Dei faciamus. *Col.* 13. 1. *Cor.* 10. Te rogamus audi nos.

Vt errantes in spiritu lenitatis & Mansuetudinis instruamus. *Galat.* 6. Te rogamus.

Vt omnia nostra in charitate fiant. 1. *Cor.* 16. Te rogamus audi nos.

Vt alter alterius onera portemus, & sic ad impleamus Legem Christi. *Galat.* 6. Te rogamus audi nos.

Vt gratiam Dei in vacuum non recipiamus. 2. *Cor.* 6. Te rogamus audi nos.

Vt Sanctorum intuentes conservationem eorum fidem & Patientiam imitemur. *Hebr.* 13. Te rogamus audi nos.

Vt militantes Deo non implicemus nos negotijs sæcularibus. 2. *Tim.* 2. Te rogamus audi nos.

Vt in omnibus summamus scutum Fidei, in quo

quo tela nequissima ignea extinguere possimus. *Ephes. 6.* Te rogamus audi nos.

Vt sic curramus in hoc vitæ stadio, ut tandem bravium accipiamus, *1. Cor. 9.* Te rogamus audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Accède in nobis charitatem.

Christe audi nos, Christe exaudi nos.

Kyrie eleison, Christe eleison:

Kyrie eleison. *Pater noster &c.*

**D**ÉUS qui diligentibus, te facis cuncta prodesse, da Cordibus nostris inviolabilem tui amoris affectum, ut desideria de tua inspiratione concepta nulla possint tentatione mutari. Deus qui superbis resistis, & gratiam præstas humilibus, concede nobis veræ humilitatis virtutem, cujus in se formam fidelibus Unigenitus tuus exhibuit, ut nunquam indignationem tuam provochemus elati, sed potius gratiæ tuæ capiamus dona subjecti.

Ure igne Sancti Spiritus renes nostros, & Cor nostrum Domine ut Tibi casto Corpore serviamus, & mundo corde placeamus. Deus qui Unigeniti Tui patientia, antiqui hostis contrivisti superbiam, da nobis quæsumus, quæ idem piè pro nobis pertulit, dignè recolare, sicque exemplo ejus nobis aduersantia æquanimiter tolerare. De

Deus qui justificas impium, & non vis mortem peccatoris, Majestatem tuam suppliciter deprecamur. Ut nos famulos tuos de Tua misericordia confidentes, caelesti protegas benignus auxilio, & assidua protectione conserves, ut in stadio virtutum indefesse currentes, accipiamus bravium & nullis tentationibus unquam à te separemur Per Dominum nostrum Jesum Christum. &c.

## O R E M U S.

**O** Bone DEUS! prima & perfectissima perfectio, qui ex tua propria puritate & sanctitate omne abhorres peccatum, imò ex solita bonitate Tua & sanctitate admones nos Paternè. *Sancti estote quoniam ego Sanctus sum.* Lev. 11. Ut & nos puram curemus conscientiam. Domine vides imperfectionem meam, spiritus quidem meus promptus est, sed Caro infirma. Quasumus ex eadem Bonitate tua Divina. largiri digneris, quod tu ipse vis & desideras à nobis, Da quod jubes, jube quod vis. Et da non intenta imperfectione & indignitate nostra, in cuius conspectu non justificabitur omnis vivens, & quid quid facies pro nobis facies potius ex bonitate tua, quæ nullum derelinquit, quia deliciae tuae sunt esse cum filiis hominum, Amen.

*Instructio*

*Instructio pro eligendo vitæ statu.*

## §. I. Quanti Momenti sit hæc electio?

**D**ocet nos quotidiana experientia paucos felicem vitæ exitum sortiri, qui sine deliberatione, nullâ voluntatis Divinæ suæq; salutis habita ratione, ad conjugia, ad Ecclesias, ad Canonicatûs, ad animarum Curam, ad Religiosa instituta provolant. Quis ergo non videat muturè, & serîo deliberandû & statuendû esse, à quo, nò modo tēporalis, verum æterna quoq; Anima nostræ salus dependet. Quâobré Deprecare altissimum, ut dirigat in veritate viam Tuam Eccl. 37. 19. sed non Omnia omnibus expediunt. Ps. 119. 31. Proinde Tobias Sapienter, cum eodem sapiente monet filium. Tob. 4. Fili mi pete à Deo ut vias tuas dirigat, & consilia Tua in ipso permaneant.

Si quis tamen his neglectis ad vitæ statum pervenisset, cui mutatio non amplius esset libera, is quamvis se in miseris constitutum sentiat, non tamen de mutatione deliberet, sed ex necessitate studeat facere virtutem, & cogitet, Deum tã fortassis in Penam peccatorum suorum permisisse, coneturque Divinâ adjuvante gratia, in presenti statu se perficere, Quemadmodum verò omnium aliarum Calamitatum ita & hujus efficacissimum inter cætera est Remedium, creber & pius Sacramentorû Penitentia & Eucharistia usus.

§. 2.

§. 2. Quando sit de vitæ statu deliberandū?

**E**t si nihil præpostere statuendum sit, matu-  
rè nihilominus initium deliberationis est faci-  
endum. Nam. Deliberandum est diu, quod  
semel est statuendum. Quidam à Deo inju-  
uveni atate mōentur, & ad salutarem vitæ sta-  
tum vocantur, quia verò hi vocem Dei negligūt  
ab eodem postmodum deseruntur. Quando sponsa  
hæsit in lectulo suo, ostiumq; dilecto pulsanti ape-  
rire neglexit. Ille declinavit & transiit. Cant. 5.

Non est instituenda hæc deliberatio, quando a-  
nimus, aut Anima, tristitia ira, odio, aliave passio-  
ne est perturbatus: nec quando Conviviis, Compo-  
tationibus, iustibus &c. indulgemus. Spiritus enim  
Consilii, qui Divinæ voluntatis est explorator, in  
nobis tunc locum habere non potest, neq; in illis  
occasionibus & temporibus. animus utpote passioni-  
bus occupatus, vel delitiis inescatus, ad quemlibet  
statum, juxta Dei voluntatem, amplectendum est  
indifferens &c. Opportunissimum tempus, & occa-  
sio est ad Divinam, circa vitæ institutionem, ex-  
plorandam voluntatem, quando cum eodem, per  
penitentiam sumus reconciliati, & per sacram Eu-  
charistiam coniuncti. Tunc enim verò Deo no-  
stro, utpote secundum humanam æquè ac Divinam  
naturam nobis intimè presenti, dicere confidenter  
cum Samuele possumus. Loquere Domine quia  
audit servus Tuus. 1. Reg. 39.

§. 3.

§. 3. Quæ servanda sint ut rectè instituatur de statu vitæ deliberatio?

1. **P**one ante oculos omnis generis status, ad quos tibi aptius videris (Deus enim neminem ad statum vocat ad què inepius est) Considera deinde qua ratione ultimū finem tuum, æternā videlicet beatitudinē ad quam creatus es, in hoc, aut illo statu consequi possis, quæ adminicula, quæ impedimenta, in his sperari aut metui possint. Non inutile est, Rationes in utramq; partem moventes, scripto notare & inter diligentem, earum lectionem attendere, quæ præponderent.

2. Considera quid charissimo amico tuo, quem externum cuperes salvum consilium in simili re à te petenti, persuasurus esses, idem tibi applica.

3. Perpende, quid in mortis articulo te fecisse optares, quando omnia, quibus summè in vita tua delectatus es, erunt quasi nunquam fuisse; quando propinqui & amici te deserent? quando solus coram severissimo iudice, apud quem nulla Personarum est acceptio, qui nec muneribus corrumpi, nec lachrymis aut precibus flecti poterit comparebit? quando: Ibit homo in domum æternitatis suæ &c. Ecclesi 12.

Ex horum tamen consideratione, non sequitur Religiosum statum tibi esse amplectendum: quidam

tamen

tamen sanctius in Conjugio, quam alii in statu Religioso vivunt, dum nimirum hi vota & instituta Ordinis sui libere transgredi non formidant. Praestaret haud dubie, tales omni votorum vinculo solutos esse, & bene vivere in conjugio.

4. Durante deliberatione conscientiam tuam crebro penitentia Sacramento expia, & sacram Eucharistia mensam frequenta, sapientem denique imitare sic orantem: Emitte Domine sapientia de fede magnitudinis Tuae, ut mecum sit, & mecum laboret: ut sciam quid acceptum sit coram Te omni tempore.

5. Ad evitandum erroris, aut deceptionis periculum (caecutimus enim non raro in propriis rebus) Consulas viros prudentes & pios; potissimum Confessurum, cui natura tua animique propensiones sunt perspectae. Agit Deus Ordinarie per causas secundas, sine necessitate miracula non edit: quae proinde à nobis vult fieri, per homines sapè indicat. Interroga de semitis antiquis, quae sit via bona & ambulare in ea, Jer. 6. 16. Via stulta repta in Oculis ejus: qui autem sapiens est, audit Consilium. Prov. 12. Cum Paulus exclamaret. Act. 9. 6. Domine quid me vis facere? Ait Dominus ad eum. Surge, & ingredere civitatem, & ibi dicetur tibi. (videl: ab anima) quid te oporteat facere. Sapienter in hanc rem Siracides Eccl. 32. v.

24. Fili,

24. Fili, sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis. Periculosum verò & noxium ut plurimum est, consilium à Carne & Sanguine, à Parentibus & propinquis capere, quorum vel tam immoderatus amor est, ut filios à se abstrahi non sinant: vel tanta rerum temporalium cupiditas, ut quâvis viâ pingves Ecclesie proveniunt aucupentur, omni posthabito metu sive committenda symonia, sive suos in vitâ inducendi, quæ tota à statu Ecclesiastico sit aliena. Quid verò proderit homini si mundum universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiat! Math. 16. v. 26. Melius multis esset si nati non fuissent.

Annos æternos in mente semper habe.

N. B. Sedulo cavendum est, nequid temere vocatur in Consulto Confessario, maxime circa vitæ statum. Displicet enim Deo infidelis & stulta promissio Multoq; melius est non vovere, quàm post votum promissa non redere. Eccl. 5.

*Oratio pro eligendo vitæ statu.*

*Ad Deum Patrem pro Impetranda sapientia.*

**O**Mnipotens æterne DEUS, qui fecisti omnia verbo tuo, & sapientia tua constituisti hominem. Mitte illam de sedibus Sanctis

Sanctis tuis, & à fede magnitudinis tuæ, ut mecum sit, & mecum labore, ut sciam quid acceptum sit apud te. Quis enim hominū scire potest Consilium Dei? aut quis poterit cogitare, quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidæ & incertæ providentiæ nostræ. Corpus enim quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantē. Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum Sanctū tuum de altissimis, & sic correctæ sint Serritæ eorum qui sunt in terris.

## ORATIO AD JESUM.

*Quā quis se indifferentem ad Omnes status offerat.*

**E**Cce mi JESU ad omnes status indifferentem me Tibi sisto, illum promptus amplectar, ad quem tu me vocaveris. Vis ut de terra mea, de cognatione, de Domo Patriæ exeam? paratum cor meum. Nec Patria, nec cognati, nec opes, nec voluptates me tenebunt. Vis ut abdicatis omnibus, in religiosa paupertate, castitate, & obedientia Tibi serviam? paratum Cor meum. Vis me in Ecclesiastico statu vivere? paratum cor meum. Sed ad hunc oro, neq; vijs illicitis me pervenire, neque turpiter in eo finas vivere. Præpropera, me potius morte ad

Te ex

Te ex hoc mundo evoca! vis ut callibem  
in sæculo vitam aut honestum Conjugium  
subeam? da Oſtensionem beneplaciti Tui!  
paratum Cor meum. Ad læta & tristia, ad  
ſuavia & æſpera me offero. Tecum paratus  
ſum & in Carcerem & in mortem in *Luca*  
22. v. 23.

*Oratio ad Beatissimam Virginem.*

**A**D Te ô Stella Maris inter Instabiles  
vite hujus fluctus. oculos meos levo.  
Dirige! ô Mater æternæ lucis, cor meum  
ad polum suum Filium Tuum Dominum  
nostrum JESUM Christum, & deduc me ad  
talet vite statum, in quo eidem Filio tuo  
dignè ſerviam, & deniq; optatum Cælestis  
Patriæ portum obtineam, Amen.

*Oratio ad Angelum Custodem.*

**O**Mi Angele! cujus tutelæ à Deo ſum  
traditus, ô! Dux & Comes peregrina-  
tionis meæ! adesto mihi in gravissimo hoc  
ſalutis meæ negotio, ostendè viam quam e-  
ligam, ut ſi rem meum ad quem creatus ſum  
hoc eſt æternam beatitudinem conſequar &  
una tecum Deum meum, æternum intueri,  
& laudare merear, Amen.

*Oratio pro perseverantia in concepto bono  
proposito.*

**O!** Benignissime DEUS! ostendisti mihi  
viam

viam, in qua ambulem: judicia Tua & Leges manifestasti mihi nimirum in statu hoc N. me Tibi servire: gratiam oro, impertire ut huic meo proposito constanter insistā atq; æternam salutem consequar. Jam in virtute Tua statui, custodire Mandata Tua Amen.

*Oratio ad Spiritum Sanctum, Qua se quis  
ejus spirationi commendat.*

**S**ANCTissime spiritus qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, suggerens nobis omnia, docens nos omnem veritatem, director cogitationum cordis: qui scrutaris omnia etiam profundissima à Deo, & ubi vis, spiras, cujus spiritu vivimus, & in spiritu ambulamus; da quaeso, ut non omni spiritui credamus, sed probemus spiritum si ex Deo est, & nos in fide, spe & charitate perseverare concedas, ut spiritu ambulantes desideria Carnis non perficiamus sed Tua, Amen.

*Oratio Divi Thomæ Aquinatis, ad multas  
magnasq; virtutes impetrandas aptissima.*

**C**ONcede mihi quaeso Omnipotens, & misericors Deus, quæ tibi placida sunt ardenter concupiscere, prudenter investigare, veraciter agnoscere, & perfectè adimplere. Ad laudem & gloriam Nominis

Tui

Tui ordina statum meum, & quod à me requiris ut faciam, tribue, ut sciam, possim, & velim: & dà exequi ut oportet, & expedit salutì animæ meæ. Via mihi quaeso ad te sit tuta, recta, & consummata, non deficiens inter prospera & aduersa, ut in illis non extolar, & in istis non deprimar. In prosperis gratias Tibi referam, & in aduersis seruem patientiam. De nullo gaudeam vel doleam, nisi quod promoveat ad Te, vel quod abducat à te. Nulli placere appetam, vel displicere timeam, nisi Tibi Omnia in charitate dà facere, & quod ad cultum Tuum non pertinet quasi mortuum reputare. Actiones meas dà peragere non ex consuetudine, sed ad Te referre cum deuotione. Vilescant mihi omnia transitoria propter Te, & chara sint mihi omnia Tua & Tu DEUS meus plusquam omnia. Delectet me ~~sanis~~ labor qui est pro Te, & tadiofa sit mihi omnis quies, quæ non est in Te, Frequenter & feruenter dà mihi dulcissime Domine cor meum ad Te dirigere, & defectionem meam cum emendationis proposito dolendo pensare. Fac me Deus meus humilem sine fitione, hilarem sine dissolutione, tristem sine deiectione, maturum sine gravitate, agilem sine levitate, vera-

te, veracem sine duplicitate, timentem sine desperatione, in te sperantem sine presumptione, castum sine corruptione, proximum corrigere sine indignatione, ipsum que edificare verbo & exemplo sine elatione, obedientem sine contradictione, patientem sine murmuratione. Da mihi dulcissime Jesu cor pervigil, quod nulla à te abducatur curiosa cogitatio, da immobile, quod nulla deorsum trahat indigna affectio. Da invictum, quod nulla fatiget tribulatio da liberum, quod nulla sibi vendicet violenta delectatio, & da rectum, quod nulla seorsum obliquet sinistra intentio. Largire mihi dulcissime DEUS meus, intellectum te cognoscentem, diligentiam te quærentem, sapientiam te inventientem, conversationem Tibi placentem, perseverantiam te dulciter & fiducialiter expectantem, fiduciam te feliciter amplectentem. Da tuis pœnis configi per Pœnitentiam, Tuis beneficiis in via uti per gratiam, & tandem tuis gaudijs in Patria frui per gloriam. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas &c.

*Actus Boni Propositi.*

**O** Potentissime DEUS quia illuminante gratiâ tuâ cognosco, quantopere sim obligatus ad benè operandum, & prosequendam

quendam virtutem: ad declinandum à malo, & fugiendum peccatum: ideò nunc omnino mihi diffusus totusq; confusus & innixus sanctæ tuæ gratiæ propono, & tota virtute liberi mei arbitrij, plenissimo, deliberratissimoq; consensu statuo, nunquam amplius peccare: & potius millies singulis horis profundere vitam, quam unquam graviter te Deus meus offendere: aut tentare quidquam facere, dicere aut cogitare, quod sit contra tuum beneplacitum: sed ut basiliscum rugere omnem Occasionem peccandi & quidquid tibi displicet: quandoquidem ego volo quæcunq; tu vis, ac detestor, quæcunq; Tu detestaris. Etsi forte quod absit, continget me comittere vel omittere quidpiã, contra Tuũ beneplacitũ, id omne jam nunc protestor, nõn fore meæ voluntatis vel mētis, sed malignæ suggestionis, & subiti motus huic meo decreto contrarij. Tu Domine fac ut in eodem firmus persistam, & ut nullas tales obreptiones admittens, omnium desideriorum & motuum meorum, gratia tua juvante plenus sim Dominus. Qua propter liberè tunc renuntio: omni Confessui Tuæ voluntati contrario, & absolutè me abduco libertate arbitrij, quoties ad malum alliciar, & in periculo versabor te of-

O

fendendi

fendendi, & in omni eo, quod tendit ad malum. Præterea propono etiam in posterum perfectissimè omnia Tua Divina Præcepta servare, & quæ tibi in Baptismo aut alijs votis promisi: conabor etiam quantum per gratiam Tuam potero imitari Sanctissimam vitam tuam, & comparare habitum omnium earum virtutum, quæ tibi magis placent: & facere per omnia Tuam rectissimam voluntatem, & in omnibus reprimere meam in mala propensam, subijciendo illam Tui amore omnibus meis superioribus, æqualibus, & inferioribus; tandemq; ingredi viam perfectionis, per illa media, quæ Tu Magister meus, in sancto Evangelio Tuo, verbis & exemplis monstrasti. Adjuva me igitur Domine; quia sine Tuo singulari auxilio non valeo exequi & implere bona ista mea proposita: da mihi vivam fidem, fortem & constantem animum; ut sicut Tu peccare non potes per Naturam, ita ego non possim per gratiam Tuam. Deniq; rogo Te, ut declarationem hanc meæ voluntatis acceptare, & approbare digneris. Tuo iudicio ut omnia sint & fiant ad gloriam & Honorem Tuum, salutem animæ meæ, & Proximi mei, & secundum Sanctissimam tuam voluntatem; cui cum toto meo esse, quod

quod  
cro,

Pro A

AD  
meum  
ro col  
das à  
de, &  
hoc g  
confe  
su in  
dix q  
sum  
enim  
sio m  
mnia

C  
bilis  
per  
unde  
tot n

quod mihi largitus es. me dedo & confecro, Amen.

## O R A T I O.

*Pro Adjutorio DEI in aliqua gravi necessitate & Periculo.*

**A**Djutorium & defensio nostra æterne Deus, esto mihi fortitudo, & refugium meum, quia Tibi soli confido & te extorto corde meo amo. Deus meus ne recedas à me: Deus in Adjutorium meum intēde, & me Sangvine tuo sibi redemptum in hoc gradu periculi. Undiq; circumdatum conserva & duc ad Te. Tibi manes mi Jesu in defensionem. O abyssus Misericordix quæso adjuva me, quia sine Te nihil possum. Sis mihi defensio & Adjutorium. Tu enim es Deus meus, unica spes mea, defensio mea, virtus salutis meæ, Deus meus & omnia, Amen.

## O R A T I O

*Gratitudinis erga Deum*

**C**onfitebor Tibi Domine, in toto Corde Narrabo omnia mirabilia Tua. Mirabilis enim facta est scientia tua ex me, super misericordia & virtute Tua erga me: unde enim hoc mihi ut recorderis mei, & tot me prævenias benedictionibus dulcedi-

nis, & amantissimæ charitatis Tuæ? adhæreat lingvâ mea faucibus meis, si non meminero Tui in principio latitiæ meæ. Tu enim potentissimus, & ego vapor. & nihil; Tu sapientissimus & Lumen, & ego tenebræ & ignorantia; Tu bonitas ipsa & Iustitia mea, sicut Pannus menstruata, & tamen hæc mihi præstas & aperis manum Tuam mihi, & imples me omni benedictione. Ideo cruciavit Cor meum verbum bonum & dico Tibi opera mea, & totum me ut facias de me volente. in bonis & malis in tempore, & in aternitate trado me Tibi qui tradidisti te metipsum pro me. Redde me Tibi, ut vivas in me, & Tibi moriar, & diligam Te toto corde meo, Amen.

## O R A T I O

*Adversus Calumniatores.*

**M**itissime Domine JESU Christe, qui nostros inimicos & Calumniatores à nobis diligere nostrasque preces pro persequentibus & offendentibus effundi præcepisti: imò, qui & ipse pro capitalibus tuis hostibus in Cruce precatus es. Auge nobis quæso Christianæ mansuetudinis & lenitatis spiritum, per quem cunctis ex animoquæ suas condonemus offensas, & cum hostibus in gratiam redeamus, omnemque hominum malevo-

malevolentiam & injuriam veræ patientiæ  
& fraternæ dilectionis officio superemus.  
Tum inimicis nostris veram pacem & cha-  
ritatem à Te dari petimus, ut integram pec-  
catorum suorum veniam accipiant, utque  
non sine vera fide & pœnitentia ex hac vi-  
ta decedant, nos verò clementer juvare  
petimus, ut malum in bono vincamus, nec  
solum à visibilibus etiam hostium insidiis,  
Perturbationibus & periculis servemus illæsi.  
Per JESUM Christum Filium tuum Domi-  
num nostrum. Amen.

Quid est necessarium ut per Bo-  
nâ nostrâ opera assequamur gratiam  
Divinam.

1. **V**T homo sit in gratia Dei sanctificanti con-  
stitutus Deus Sacrificium Abel ideo respe-  
xit, quia justus erat.

2. Opera sunt faciendâ solo respectu Amoris Di-  
vini, Infinite ejus bonitatis, & in laudem ejus. Sic  
imitabitur Deum, purè amoris nostri, & sui ho-  
noris omnia operantem,

3. Ne ullus Actus sit peccatum.

• Signa præcipua Prædestinatorum.

1. **P**Vra conscientia I Job. 3. Si Cor nos non ar-  
guit speramus in Domino.

2. Mortificatio suorum affectuum illicitorum. A-  
mor

*mor Inimicorum. Contemptus Mundi. Paupertas in spiritu. Qui vult venire post me, abneget semetipsum tollat Crucem suam, & sequatur me, dicit Christus.*

3. *Devotio singularis ad Beatam Mariam Virginem Matrem Jesu Christi. Opera bona spiritualia & Extrinseca.*

4. *Frequens Communio sanctissimi Sacramenti & Penitentia Sacramentalis.*

5. *Patientia in adversis propter Amorem Dei, Tob. II. Quia Tobia placuisti Deo, necesse erat ut sis per penitentiam probatus.*

*Felicitas Animæ in quo consistit.*

**F***elix anima in hoc mundo desolata; à Deo consolata: ab hominibus ignorata; SS. Angelis nota: à malis neglecta; à bonis requisita: à superbis despecta; ab humilibus dilecta; à secularibus separata; à spiritualibus congregata: Magnatibus derisa, à parvulis honorata: foris quasi mortua; intus semper viva. carne afflicta; spiritu lata: corpore debilis; mente fortis: vultu deformis; conscientia pulchra: labore fatigata; oratione roborata: onere pressa; solatio erecta: Carne in mundo tentata; spiritu ad calum rapta, & Christo copulata.*

**Actus vere resignationis in**

**Voluntatem DEI,**

**O** Sanctissima & Individua Trinitas, Pater Fili & Spiritus Sancte! Ego N. creatura

atura Tua, firmo & constanti proposito meo, nunc pro semper Sanctissimæ & iustissimæ Voluntati Tuæ me offero. Abrenuntio & abnego semetipsum, & sincere protestor, quia totus Tuus esse volo. Nihil habeam, nec quidquam habere desidero unquam in hoc futuro sæculo, nisi Te solum. Abrenuntio mundo & ejus omnibus, meque committo liberæ dispositioni voluntatis Tuæ, & quantum possum animitus desidero perfectissimè voluntatem meam in voluntatem Divini beneplaciti Tui transferre, & in hoc solo desidero placere & contentus esse, & non in re aliqua alia. Ideo quæso habe curam mei, & omnium dispone quomodo & quando vis & quod Tibi placet ad Majorem gloriam Tuam. Si dare mihi vis dulcedines & Consolationes, sis benedictus facies enim tanquam benignus & Amabilis Deus: qualis fuisti, semper es & eris; & ego vicissim ago Tibi gratias infinitas, sicut etiã si illas mihi dare non velis, imò si immittere vis mihi Pœnas: ærumnas, & vexationes: æquè benedico Tibi & infinitas gratias ago.

Sic itaque plenissimè offero liberam voluntatem meam, in Tuam voluntatem, ut quidquid mihi boni vel mali, prosperi vel adversi acciderit credam esse ex Tua volunta-

te.

te. Ecce servus Tuus sum, fac mecum quid voveris. Et, si aliquando (quod avertat Deus) ex impatientia & imperfectione mea, etiam minimo affectu contrarius essem voluntati Tuæ, non mihi sed fragilitati meæ hoc tribuas, & præsentem meam declarationem, firmam, ratam, acceptabilem, irrevocabilem, pro Iure Tuo perpetuo habeas quæso. Ut verè sit hoc propositum meum nullo modo immutandum; Te primo Deum meum voco in testimonium & in Adjutorium rectissimæ Intentionis, firmissimi mei hujus Propositi, suscipe benignissime mi Deus, in virtute Tua pro Iure tuo hereditario, quod ipse desideras, à me suscipe, ea perfectione Tua qua abundas, nec unquam deficere potes. Suscipe in Nomine Jesu Christi Filij Tui, qui tecum vivit & regnat &c.

Blosius dicit ex vitis Patrum *Cap. 22.* Qui se plenariè resignat in manus Dei, sicut cera mollis, habilis, & proxima impressionis formæ mortis aut vitæ ex manu Dei, talis ab inferno & purgatorio liber esse potest: sicut homo, qui tantò cum Deo amore & ejus confidentia unitur. Sed Sanctus Chrysostomus *f. ad Pop. Antioch.* docet, quatenus hilariter, benevolè, libenter, adimpleamus

pleamus voluntatem Dei; Aliter. ut Sanctus Franciscus dicit. *Bicordis decipiet se*, quia sufficiet Diabolo minimo nos tenere capillo, brevi ex illo complicabit Camelum ad irrendendum nos.

## ORATIO

*Tempore belli contra Infideles hereticos aliosq; Ecclesia perturbatores.*

**A** *Nr.* Adjuva nos Deus salutaris noster, & propter gloriam Nominis Tui libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter Nomen Tuum.

*Ps.* 78. DEUS venerunt gentes in hereditatem Tuam, polluerunt Templum Sanctum Tuum; posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.

Posuerunt morticina servorum Tuorum escas volatilibus Cæli: carnes sanctorum Tuorum bestijs terræ.

Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.

Usquequo Domine irasceris in finem: accenderetur velut ignis zelus tuus.

Effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt

noverunt, & in Regna quæ Nomen Tuum  
non invocaverunt,

Quia comederunt Jacob: & locum ejus  
desolaverunt.

Ne memineris iniquitatum nostrarum an-  
tiquarum cito anticipent nos misericordiæ  
Tux: quia pauperes facti sumus nimis.

Adjuva nos Deus salutaris noster: & pro-  
pter gloriam Nominis Tui libera nos; & pro-  
pitius esto peccatis nostris propter Nomen  
Tuum.

Ne forte dicant in gentibus ubi est Deus  
eorum? & innotescat in Nationibus coram  
oculis nostris.

Ulcio sanguinis servorum tuorum qui  
fusus est, introeat in conspectu tuo gemitus  
compeditorum. Secundum magnitudinem  
brachij Tui; posside filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septulum in sinu  
eorum improprium ipsorum, quod expro-  
braverunt Tibi Domine .

Nos autem Populus tuus & Oves pascuæ  
tuæ, confitebimur tibi in sæculum,

In generationem & generationem: an-  
nuntiabimus laudem Tuam.

Laudate Dominum de cælis, laudate eum  
in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus, lauda-  
te eum omnes virtutes ejus. Laudate

Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumen.

Laudate eum Cœli calorum, & aquæ omnes quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit. & facta sunt, ipse mandavit; & creata sunt.

Statuit ea in æternum & in sæculum sæculi præceptum posuit & non præteribit,

Laudate Dominum de terra Dracones & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies spiritus procellarum quæ faciunt verbum ejus.

Montes & omnes colles ligna fructifera, & omnes cedri:

Bestiæ & universa pecora; serpentes & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi, principes & omnes Judices terræ.

Juvenes & Virgines senes cū junioribus laudent Nomen Domini, quia exaltatum est Nomen ejus solius.

Confessio ejus super cælum & terram, & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus Sanctis ejus; filiis Israel populo appropinquanti sibi.

In te Domine speravi, non confundar in æternum, in Justitia tua libera me.

Inclina

Inclina ad me aurem tuam accelera ut eruas me.

Fido mihi in Deum protectorem & in domum refugij, ut saluum me facias.

Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es Tu, & propter nomen tuum deduces me & enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi, quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum redemisti me, Domine Deus veritatis.

Deus noster Refugium & Virtus.

Adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt & turbatae sunt aquae eorum conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus laxificat civitatem Dei Sanctificavit tabernaculum suum altissimus.

Deus in medio ejus non commovebitur adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatae sunt gentes & inclinata sunt regna, dedit vocem suam mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum susceptor noster Deus Jacob.

Venite & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram auferens bella usq; ad finem terræ.

Arcum

Arcum conteret & confringet arma & scuta comburet igni.

Vacate & videte quoniam ego sum Deus exaltabor in gentibus & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum susceptor noster Deus Jacob.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

*Ant:* Adjuva nos Deus salutaris noster, & propter Gloriam Nominis Tui libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter Nomen Tuum.

Kyrie eleison, Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster &c. Et ne nos &c.

℣. Salvos fac servos Tuos.

℞. DEUS meus sperantes in Te.

℣. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.

℞. Et de Sion tuere eos.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℞. Et filius Iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣. Non secundum peccata nostra facias nobis.

℞. Neque secundum Iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Domine exaudi Orationem meam.

B. Et clamor meus ad Te veniat.

## O R E M U S.

**D**A quæsumus Ecclesiæ Tuæ misericors Deus: ut Sancto Spiritu Congregata, hostili nullatenus incuriione turbetur. Hostium nostrorum quæsumus Domine elide superbiam, & eorum contumaciam dexter Tuæ virtute prosterne.

Ne despicias omnipotens Deus populum Tuum, in afflictione clamantem. Sed propter gloriam Nominis Tui tribulatis succurre placatus. Per Dominum nostrum &c.

## O R A T I O.

*Sancti Francisci Xaverij pro conversione gentium  
hereticorum & Peccatorum.*

**T**erne rerum omnium effector Deus, memento à Te animas Infidelium, hæreticorum & peccatorum procreatas, easq; ad Imaginem & similitudinem Tuam conditas. Ecce Domine in opprobrium Tuum his ipsis infernus impletur, memento Jesum dilectum Filium Tuum, pro illarum salute atrocissimam subiisse necem; noli quæso Domine ultra permittere, ut filius Tuus ab Infidelibus hæreticis, & peccatoribus contemnatur, sed precibus Sanctorum Virorū & Ecclesiæ Sanctissimæ Filij Tui Sponsæ placatus recordare Misericordiæ Tuæ & oblitus

bitus Idolatriæ. infidelitatis, contumaciæ & maliciæ eorum effice, ut ipsi quoque agnoscant, timeant, ac diligant, aliquando. quē misisti Dominum nostrum JESUM Christum cui est salus, vita & resurrectio nostra, per quem salvati & liberati sumus, Cui sit gloria per infinita sæcula sæculorum, Amen.

## T H R E N U S

## S A N C T I A U G U S T I N I.

*Tam pro privatis. quàm pro publicis necessitatibus.*

**A**n te Oculos Tuos Domine culpas nostras ferimus & plagas. quas accepimus conferimus.

Si pensamus malum: quod fecimus, minus est quod Patimur majus quod meremur.

Gravius est quod commisimus: levius quod toleramus.

Peccati pœnam sentimus, & peccandi pertinaciam non vitamus.

In flagellis Tuis infirmitas nostra teritur & iniquitas non mutatur.

Mens ægra torquetur & cervix non flectitur.

Vita in dolore suspirat, & in opere non se emendat.

Si expectas non corrigimus, si vindicas non duramus.

Confitemur in correctione, quod egimus oblivisci-

obliviscimur post visitationem quod flevimus.

Si extenderis manum, facienda promittimus: si suspenderis gladium, promissa non solvimus.

Si ferias, clamamus ut parcas: si peperceris, provocamus ut ferias.

Habes Domine confitentes reos: Novimus, quod nisi dimittas, recte nos perimus.

Presta Pater Omnipotens, sine merito quod rogamus, qui fecisti ex nihilo qui Te rogaurent. Per Christum Dominum nostrum Amen.

### ORATIO

*In quavis afflictione.*

**A**N: Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit, tabernaculo tuo.

*Pf: 90. Deo in adversis fidendum.*

Qui habitat in Adjutorio Altissimi in protectione Dei Cæli commorabitur.

Dicet Domino, susceptor meus es Tu, & refugium meum: Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium & à verbo spero: scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis Ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: non timebis

timebis à timore nocturno.

A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incurſu & Demonio Meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Verùm tamen oculis tuis conſiderabis: & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine ſpes mea: altiffimum poſuiſti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis ſuis mandavit dete, ut cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.

In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aſpidem & Baſiliſcum ambulabis: & conculcabis Leonem & Draconem,

Quoniam in me ſperavit liberabo eum: protegam eum, quoniam cognovit Nomen meum.

Clamabit ad me & exaudiam eum cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: & oftendam illi ſalutare meum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto,  
&c.

P

Ant:

*Ant:* Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Kyrie eleison.      Christe eleison.

Kyrie eleison.      *Pater noster &c.*

γ. Angelis suis mandavit de te,

κ. Ut custodiant te in omnibus vijs tuis.

γ. Domine exaudi orationem meam,

β. Et clamor meus ad te veniat.

O R E M U S.

**D**eus qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris, preces Populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuâ iracundiæ quæ pro peccatis nostris meremur averte. Per Christum Dominum nostrum Amen.

Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

A L I A O R A T I O

*Tristatur aliquis Vestrum? oret. Jac: 5. 13.*

**S**uccurre Benignissime JESU? Cor meum conturbatum est intra me: dereliquit me virtus mea: tota die contristatus ingredior, quia longè factus est à me Consolator. Tecum o JESU cogor exclamare: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Væ mihi, quia peccavi! propterea maustum factum est cor meum. Peccavi fateor, impiè egi, iniquè gessi: Domine Deus meus in omnibus Iustitijs

stitijs Tuis, avertatur obsecro ira Tua à me, vide humilitatem meam &c. dimitte omnia peccata mea. Per omnes angores & tristitias Tuas, pie JESU, quibus Cor tuum in horto, & in Ara Crucis coangustatum est, Te supplex oro, ut mihi in hoc statu subvenire digneris, nec in aeternum me à te separari permittas Mihi, adhaerere Tibi Deo meo, bonum est & ponere in te Dominò spem meam. Amen.

## ALIA ORATIO

*In summa afflictione, Desperationi proxima,  
ex casu gravissimo, vera in voluntatem  
DEI Resignatio.*

**D**omine DEUS sancte Pater, nunc & semper sis benedictus, quia sic factum est, ut sis: & quod agis, bonum est: Latetur in Te servus tuus, quia Tu es integrum ejus gaudium Tu spes mea, & corona mea. Tu consolatio mea, & portio mea Domine. Quid habet servus Tuus, nisi hoc, quod à Te accepit immeritus: omnia sunt Tua, quæ dedisti & quæ recepisti. Pauper sum & in laboribus à Juventute mea, & contristatur aliquando Anima mea usq; ad lachrymas ex iniquitatibus suis. Desidero gaudium, Pacem posco, Filios Tuos qui in lumine consolationis à Te saturantur: si

mihī das pacem, si gaudium infundis, Anima servi Tui cantabit, & letabitur in gloria Tua. Pater iustissime & semper laudabilis, venit hora, ut probaretur servus Tuus, Pater amantissime dignum est, ut hac horâ patiatur aliquid pro te servus tuus. Pater, non sum dignus honoris, venit hora, quam ab æterno ordinasti, ut ad tempus cadat superficialiter servus Tuus &c. intra Te vivat, Pro misero sim aliquantum reputatus, & humiliatus, & deficiam coram hominibus, vitijs contritus, ut denuò tecum in aurora novæ Lucis resurgam.

Sancte Pater sic disposuisti, sic voluisti, & hoc factum est quod iussisti, Nam hac est gratia tua contra Peccatorem ut patiatur & affligatur in mundo pro tuo amore, quoties & per quemcunq; permiseris, Sine consilio & providentia tua, & sine causa nihil agitur, Heu! bonum mihi est sic Domine quia humiliasti me, ut discam Iustificaciones tuas, Ut elationes Cordis, & magnas de se reputationes eradicem. Proficuum est hoc mihi, quia erubuit facies mea, ut potius te quam homines in consolationem mei invocarem, Abhinc didici Iudicia Tua timere, qui punis iustum cum peccatore; Gratias ago, quia me non permisisti iniquitatibus

tatibus meis, sed ipsemet contrivisti gravi  
pœna in afflictione, immittendo tribulationes  
intus & extra. Non est qui me consoletur,  
præter Te Deus meus, Cælestis medice ani-  
mæ meæ: qui percutis & sanas, ducis ad in-  
feros & reducis. Flagellum Tuum supra me  
& Virga tua hæc me docebit: Ecce Pater a-  
mantissime in manibus Tuis sum, percutere  
tergum & colum meum, ut incurvetur ad  
voluntatem Tuam. Fac me humilem & De-  
votum discipulum Tuum, sicut benè con-  
suevisti, ut quod vis sequar nutum Tuum.  
Tibi me & omnia mea ad meliorationem  
commendo, melius hic pati, quam in futuro  
sæculo: tu scis, quo, ad gressus meos, in-  
digeo, & quam mihi sit proficua afflictio in  
emundationem iniquitatis meæ. Fac mecum  
liberam voluntatem Tuam & non contem-  
nas peccantem vitam meam Nemini, nisi  
Tibi soli notam. Da, ut moriar dum vo-  
lueris, Amem quod amas, placeat mihi quod  
Tibi, æstimem Bonum Tuum Contemnam  
quod oculis Tuis displicet. Non permittas  
secundum hunc visum ut judicem, nec juxta  
auditum decernam, sed justo Iudicio Tuo,  
invisibilia & spiritualia discernam, & prima-  
rio voluntatem Tuam quæram, Amen.

ORA-

FERIA QVARTA.  
ORATIO Dicenda,

*In vehementibus Corporis doloribus.*

**A**ngustia & dolores tenuerunt me, Domine IESU multi sunt gemitus mei. Ne avertas Aures Tuas à singultu meo, & clamoribus. Parce, ah parce imbecillitati meae; tu enim languores nostros ipse tulisti, & dolores nostros ipse portasti, livore Tuo sanati sumus. Sana animam & corpus meum, ne Te unquam, vehementia dolorum superatus offendam, Amen.

ORATIO.

*Ecclesia, pro infirmo.*

**D**EUS infirmitatis humanae singulare praesidium: Auxilij Tui super infirmum Famulum Tuum N: ostende virtutem: ut ope misericordiae Tuae adjutus, Ecclesiae / Tuae sanctae incolumis representari mereatur. Per Dominum nostrum &c.

*Si pro te ipso, vel pro uno, aut pluribus hanc orationem dicis. Personas, genera, & tempora mutes. Idem in sequenti oratione faciendum.*

ORATIO.

*Ecclesia pro Infirmo, qui vicinus morti esse videtur.*

**O**mnipotens & misericors DEUS, qui humano generi & salutis Remedia: & vitae aeternae munera contulisti: respice propitius

pitius Famulum tuum N. infirmitate corporis laborantem & animam refove, quam creasti. Ut in hora exitus illius, absq; peccati macula, Tibi Creatori suo, per manus Sanctorum Angelorum repræsentari mereatur. Per Dominum nostrum &c.

## ORATIO.

*Ad Spem Excitandam contra desperationem*

*S. August. C. 13. Med.*

**P**eccavi Domine peccatum grande, & multorum sum mihi conscius delictorum, sed ne sic despero: quoniam ubi abundaverunt delicta superabundavit & gratia. Qui de venia Peccatorum suorum desperat, negat Te Deum esse Misericordem. Magnam injuriam tibi facit, qui de Tua Misericordia diffidit. Non possum terri multitudine peccatorum, si mors tua Domine IESU, in mentem meam venerit, Clavi & Lancea clamant mihi; quod Tibi reconciliatus sum, si te amavero. Longinus aperuit mihi Latus Tuum, & ego intravi, & ibi requiesco securus: nullum tam potens Amoris erga Te incitamentum est, quam Mors Tua, mi IESU quâ me redemisti. Inclinas Caput Tuum in morte, ut osculum mihi, quamvis Peccatori, des: extendis brachia Tua in Cruce, & expandis manus Tuas, paratus in amplexus meos.

meos. Inter brachia Tua & vivere volo, & mori Cupio, Amen.

## ORATIO

*Pro qualibet Re à Deo impetranda,  
Efficacissima.*

**O**Mnipotens sempiternæ DEUS, Cujus Misericordiæ non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus, En ego Peccator, ( qui tamen ex intimo corde nunc doleo, quod Te Clementissimum Patrem meum unquam offenderim ) cum filiali fiducia, ad infinitam Majestatem Tuam suppliciter accedo; ne, quæso, me, quem ex infinita Potentia Tua ex nihilo creâsti; ex summo Amore, in Filium & hæredem Cælestis gloriæ adoptasti; ex immensa bonitate morte Unigeniti & Æterni Filij, Tui, ab æterna damnatione liberaisti; ne, obsecro, me, cui hæc omnia licet indignissimo præstitisti, à facie Tua repellas. Per ineffabilem Misericordiam Tuam, quâ gravissimos etiam Peccatores, verè contritos in momento ex abyffo omnium scelerum extraxisti: per merita Dilectissimi Filij Tui Domini nostri IESU Christi, per ardentissimam Spiritus Sancti charitatem, quâ Te Patrem cum Filio complectitur, per Beatissimam Virginem MARIAM, à Te in Filiam, à Filio Tuo in Matrem,

Matrem, à Spiritu Sancto in Sponsam ab æterno electam & præordinatam. Per omnium deniq; Angelorum, & Sanctorum merita, ac laudes suppliciter Oro, ut miserearis mei, Tuamq; ad preces meas aurem inclines. O clementissime Pater, aperi thesauros inexhaustæ bonitatis Tuæ, neq; infinitæ Liberalitatis tuæ fac esse Participem: Hoc peto. *Hic, aut mente, aut tuis verbis, tibi vel alijs aliquid dari à DEO, vel ab aliquo malo liberari pete.* Convertte Domine quæso benignitatis tuæ mitissimos oculos, ad me licet indignissimam Creaturam tuam, solius bonitatis tuæ, Deitatis, omnipotentæ, liberalitatis, Majestatis tuæ memor; & esto propitius supplicationibus meis. Iterum Te Domine DEUS meus per omnia quæ & in Cælo, & in terra tibi chara sunt, suppliciter oro ut quod peto benignè mihi largiaris, Amen.

*Si id, quod petis, per se bonum ac pium sit, hic finienda est Oratio, si verò indifferens h. e. neque bonum, neq; malum, qualis est prospera valetudo, scientia, honor, Pax, secunda fortuna, & adde quod sequitur.*

Per eandem bonitatem ac clementiam Tuam, ô DEUS humiliter oro; ut si, quod peto, voluntati Tuæ adversetur, ne id mihi largia-

largiaris. Unicè volo mi DEUS, quod Tu vis Et quod Tu non vis, id ego unicè nolo Scio ô bonitas, scio id mihi solum obesse, quod Tibi non placet, omne verò bonum meum in tuo esse beneplacito. Non ergo mea Domine, non mea, sed Tua in omnibus sanctissima, voluntas fiat, Amen.

Deuotio Matutina,

Quam sit proficua, & quomodo expedienda.

1. **E**ternæ sapientia verba sunt: Qui mane vigilant ad me inuenient me. *Prou: 8.*
17. Si experientia humana, ad acquirenda Terrena, transitoria, desideratur Vigilantia, si Aurora Musis Amica certè. Æterna sapientia non inuenitur in terra suauiter viventium, *Iob. 28.* Apud in hanc rem Sanctus Ambrosius Tom 4. Ser: 19. in *Psal. 1. 8.* Præueni Orientem solem: Gravè est enim, si te otiosum in stratis radius solis Orientis in vecundo pudore conueniat, & Lux clara feriat oculos somnolento adhuc torpore deprehensos.
2. Deus principijs delectatus est. Honora Dominum de sua substantia, & de Primicijs omnium frugum tuarum, da illi *Prou: 39.* Unde Recte nos monet Sanctus Bonaventura de iastit: nov. to: 2. p. 1. c. 4. Cum evigilas, statim omnes cogitationes tuas, abijce  
de

de Corde tuo, somnia potissimum quibus te Diabolus vellet occupare. Primitias cogitationum tuarum offer Deo, & cogitationes vanas, quæ tunc maximè infestant mentem, à te abijcias, ex hoc eris ad omne opus devotior & expeditior tota die Da Domino primitias diei tuæ, erit enim tota ejus, qui prior occupaverit.

3. *Post somnium eo instanti fac bonam Intentionem tota die omnia in laudem Dei te facturum Nam ut dicit Sanctus August n. de opere Monach. cap. 26. Talia erunt facta tua qualis fuerit Intentio tua, cur ea facias. Audi Apostoli verba Siue verò manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite 1. Cor. 10. 31. Nihilominus. Attendite ne Iustitiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in Cælis est. Admoet nos Christus Math. 6. 1. sed sit potius ex-intentione nostri. Non nobis Domine non nobis, sed Nomini tuo da gloriam Psal. 113.*

4. *Propone firmiter cum Divina gratia vitare omnia Peccata Nominatim istud N. N. virtutes exercere nominatim N. N.*

5. *Divinam opem implora, siquidem veritas monet Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere quod*

quod & Sanctus Paulus 2. Cor. 3. 5. agnovit: Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex DEO est. Et ideo, qui stat, si non vult cadere, non fidat, sed nitatur Verbo Philip. 4. 13. quod est Deus.

Initium Precum Matutinarum.

**V**T primum evigilas, munias te signo Sancte Crucis & In nomine Patris & c. Deus Deus meus ad te de luce vigilo, sitivit In te Anima mea. Benedicta sit Sancta & individua Trinitas, nunc & semper, & in secula seculorum Amen. Gloria Patri qui creavit nos, Gloria Filio. Qui redemit nos. Gloria Spiritui S. Qui sanctificavit nos:

Inter Surgendum dic.

**I**N Nomine Domini nostri JESU Christi surgo, ipse me benedicat, Regat & Custodiat & ad vitam perducatur aeternam Amen. Nos cum prole pia, benedicat Virgo MARIA. Angele, DEI qui Custos es mei, me tibi commissum pietate superna, custodi. rege & gubernat.

Inter induendum, fac aliquam de Passione Domini meditationem singulariter, quomodo apud Herodem alba veste ad irrisionem indutus, tum circa spineam Coronationem chlamyde coccinea Eum circumdederunt. Et pete per has Passiones Christi Domini,

Domini  
funde  
tia ob  
Opus  
s. ful

A D  
A fin  
Proce  
gerim  
nocte  
damm  
meum  
amor  
Mare  
Ange  
& g

O P  
quid  
fufci  
unio  
JESU  
& ap

Domini, statum Tuum innocentia, ne confundaris in aeternum. Deinde Puncta sequentia observa. 1. sis gratus. 2. Cor offer. 3. Opus dispone futurum 4. vita peccatum, 5. subsidium pete.

1. *Sis gratus Sanctiss: Trinitati.*

**A**Doro, laudo & glorifico Te ô Sanctissima Trinitas, & gratias ago, quod Te Protegente noctem hanc incolumis transegerim. O quam multi Peccatores eadem hac nocte mortui & merito suo aeternum sunt damnati! Quid Tibi o summum Bonum meum rependam? quod me tam singulari amore dignatus es? Tu quæso ô piissima Mater castissimaq; Virgo MARIA, tuq; ô Angele Custos & vos Patroni mei laudate & glorificate Dominum mecum nunc & semper, Amen.

2. *Cor Offer Cælesti Patri.*

**O**Pater aeternæ Tibi cor meum, & omnes animæ vires corporisq; sensus, & quidquid in me est lubens, volens offero: suscipe me Creaturam tuam, omniaq; in unione dilectissimi Filij tui, Domini nostri JESU Christi; O Pater, quando veniam, & apparebo in conspectu Tuo!

3. *Opus dispone futurum.*

*Iuxta*

*Iuxta Doctrinam & Exemplum Christi.*

**O** Dulcissime JESU, qui es via, veritas, & vita: en firmiter statuo viam mandatorum tuorum currere, ac hoc præsertim pietatis munus hodie obire. Universa & singula Nominis Tui gloriæ adscribo, ô JESU spes & vita mea, utinam te hodie & omni tempore, quoties spiritum traham amore venerari, glorificare, omnesque Creaturas, ad Tui laudes adducere possem? suscipe ô JESU hanc voluntatem meam, Tuisq; infinitis meritis defectus meos supple.

4. *Vita Peccatum, Spiritus*

*Sancti ope.*

**V**eni Sancte Spiritus, solatium atq; robur animæ meæ, ut cunctis tentationibus fortiter resistam, Ergo ne peccatum hoc sciens, ac volens repetam? heu nimis crebro in illud incidi, constantem ab hac die emendationem spero, Gratiæ Tuæ ope mihi assiste, ô Sancte Spiritus, ita super aspidem & basiliscum ambulabo, & conculcabo Leonem & Draconem. *Psal: 90. 13.*

5. *Subsidiumque pete ab omnibus*

*Sanctis DEI.*

**A**deste mihi pariter ô Electi Dei omnes? bonis favete propositis: ô Sancta Dei genitrix Virgo MARIA, unâ cum Castissimo Sponso

sponso Tuo sancto Iosepho, & Tu sancte Angele, fidelis meus Custos, vosq; pariter Patroni mei singulares, SS. NN. & vos quorum hodie memoria agitur auxiliatricem mihi manum porrigite, incautum monete, errantem in viam reducite, vt cuncta quæ apud me statui, re ipsa hodie exequar. Tu cunctis aspira Deus meus & omnia?

*Pater noster. Ave Maria, & Credo &c.*

**D**ignare Domine die isto, sine peccato nos custodire, Miserere nostri Domine miserere nostri. Fiat misericordia Tua Domine super nos quemadmodum speravimus in Te. In te Domine speravi non confundar in æternum.

*Pia Suspiria ex Sacra Scriptura.*

*Ad vitam hujus Cogitationem.*

**D**Eregrini sumus Domine coram Te, & advenæ sicut omnes Patres nostri: Dies nostri quasi umbra: super terram & nulla est mora 1. Par. 29. 15.

Parce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei. Iob. 7. 16.

Memento quæso, quod sicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me. Iob. 10. 9.

Nunquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? dimitte me igitur ut plangam paululum dolorem meum. Iob, 10. 20.

Pauci-

Paucitatem dierum meorum nuntia mihi,  
ne revoces me in dimidio dierum meorum.  
*Pfal.* 101.

Domine secundum voluntatem Tuam fac  
mecum, & præcipe in pace recipi spiritum  
meum: expedit enim mihi mori magis,  
quàm vivere *Tob.* 3. 6.

Moriatur anima mea morte justorum,  
& fiant Nouissima mea horum similia *Num:*  
23. 10.

*In Angustijs & animi marore.*

**S**Ana me Domine quoniam conturbata sunt  
Ossa mea, & anima mea turbata est valde.  
*Pfal.* 6.

Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua  
mea adhæsit faucibus meis, & in pulverem  
mortis deduxisti me. *Pfal.* 21. 16.

Defecit in dolore vita mea, & anni mei  
in gemitibus. *Pfal:* 30. 11.

Vide humilitatem meam, & laborem me-  
um, & dimitte universa delicta mea. *Pf.* 24. 18.

Domine ante Te omne desiderium meum,  
& gemitus meus à Te non est absconditus.  
*Pfal.* 37.

Quare tristis es anima mea & quare con-  
turbas me? spera in Deo: *Pfal.* 41. 6.

Cor contritum & humiliatum Deus non  
despicias. *Pfal.* 50. 19.

Lætifica

Lætifica animam servi Tui, quoniam ad Te Dōmine animam meam levavi *Psal.* 85. 4.

Velociter exaudi me Domine defecit spiritus meus, non auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum. *Psal.* 14. 27.

Laboravi in gemitu meo & requiem non inveni *Ierem.* 45. 3.

Domine multi gemitus mei, & Cor meum marens, *Thren.* 1. 22.

Tristis est anima mea usq; ad mortem. *Math.* 26.

Redde mihi lætitiā salutaris Tui. *Psalmo.* 50. 14.

*Ad exercendam Resignationem.*

**D**omine non est, qui quod bonum est in oculis Tuis faciat. 1. *Reg.* 3. 18.

Si dixerit mihi non places, præsto sum; faciat quod bonum est coram se. 2. *Reg.* 15. 26.

Paratum Cor meum Deus, paratum cor meum. *Psal.* 56. 8.

Sicut fuerit voluntas in Cælo, sic fiat. 1. *Math.* 3.

Non mea sed tua voluntas fiat. *Math.* 26.

Domine, quid me vis facere? *Act.* 9. 6.

*Ad Patientiam Impetrandam.*

**D**ominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit ita factum est, sit No-

Q

men

men Domini benedictum. *Iob. 1. 21.*

Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus. *Iob. 2. 10.*

Quis ego sum ut contradicam Domino meo. *Iudith. 12. 13.*

Dominus præcepit, & quis audet rogare. Quare fecerit? *2. Reg. 16.*

Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. *Psal. 37.*

Calicem salutaris accipiam, & Nomen Domini invocabo. *Psal. 115. 4.*

*Adversus Tentationes.*

**Q**uomodo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum? *Gen. 39. 10.*

Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem. *1. Reg. 24. 7.*

Confirma me Domine Deus in hac hora. *Jud. 13.*

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum, *Psal. 6.*

In te eripiar à tentatione. *Psal. 17. 30.*

Salvum me fac Deus: quoniam intraverunt aquæ, usque ad animam meam. *Psal. 68. 1.*

*V. 15.*

Eripe me de luto ut non infigar. *Ibid.*

Ne tradas bestiis animas confitentes Tibi & animas Pauperum Tuorum ne oblitiscaris in finem. *Psal. 73. 19.*

Nisi

Nisi quia tu Domine adjuvisti me, pa-  
lominus habitasset in inferno anima mea.

*Psal. 93. 17.*

Averte oculos meos ne videant vanita-  
tem. *Psal. 18. 37.*

Omne desiderium averte à me, aufer  
à me, ventris concupiscentias, & concubi-  
tus concupiscentiæ ne apprehendant me &  
animæ irreverenti & infrenitæ ne tradas  
me. *Eccl. 23.*

Melius est mihi absq; opere incidere in  
manus hominum quam peccare in Consp-  
ctu Domini. *Dan. 13. 13.*

Et ne nos inducas in tentationem sed  
libera nos à malo. *Math. 5.*

*Ad fiduciam exercendam.*

**E**Tiamsi occiderit me, in ipso sperabo.  
*Iob. 13. 15.*

Domine pone me juxta Te, & cujusvis  
manus pugnet contra me. *Iob. 17. 3.*

Deus meus in Te confido non erubescam.  
*Psal. 24.*

Et si ambulavero in medio umbræ mortis,  
non timebo mala quoniam Tu mecum es  
*Psal. 22.*

In Te Domine speravi non confundar in  
æteruum. *Psal. 30. 1.*

Mihi autem adharere Deo bonum est:  
Q2 ponere

ponere in Domino Deo spem meam. *Psal.*  
72. 8.

Dominus mihi adjutor: non timebo, quid  
faciat mihi homo. *Psal.* 117. 6.

Domine fortitudo mea, & Robur meum  
& refugium meum in die tribulationis.  
*Ier.* 16.

*Exercitium Timoris Dei.*

**D**imitte me ut plangam paululum dolo-  
rem meum: antequam vadam & non  
revertar ad terram tenebrosam, & opertam  
mortis caligine: terram miseriae, & tene-  
brarum, ubi umbra mortis & nullus ordo:  
sed sempiternus horror inhabitat. *Iob.* 10. 20.

Quis mihi hoc tribuat? ut in inferno pro-  
tegas me, & abscondas me donec pertran-  
seat furor Tuus, & constituas mihi tempus  
in quo recorderis mei. *Iob.* 14. 13.

Quid faciam cum surrexerit ad judican-  
dum Deus? & cum quaesierit quid respon-  
debo Illi? *Iob.* 13. 14.

Semper quasi tumentes super me fluctus  
timui Deum: & pondus ejus ferre non po-  
tui. *Ibid.* 22.

Dolores inferni circumdederunt me, præ-  
occupaverunt me laquei mortis. *Psal.* 17. 6.

Confige timore Tuo carnes meas, à lu-  
dicijs enim Tuis timui. *Psal.* 118. 120.

*Ad*

*Ad cautellam in loquendo.*

**D**ixi custodiam vias meas vt non delinquā  
in lingua mea, ponam Ori meo custo-  
diam. *Psal. 8.*

Pone Domine custodiam ori meo, & osti-  
um circumstantiæ labijs meis. *Psal. 14. 3.*

Quis dabit Ori meo custodiam, & super  
labia mea signaculum certum, ut non eadam  
ab ipsis, & lingua mea perdat me? *Eecl: 22. 23.*

Si quis in verbo non offendit, hic per-  
fectus est Vir. *Iacob. 3. 2.*

*Ad cognoscendam Dei voluntatem in rebus  
dubijs, maxime in eligendo vitæ statu.*

**L**oquete, Domine, quia audit servus Tuus  
*I. Reg. 3.*

Vias tuas Domine demonstra mihi & se-  
mitas Tuas edoce me. *Psal. 24. 4.*

Perfice gressus meos in semitis Tuis, ut  
non moveantur vestigia mea. *Psal. 16. 5.*

Emitte lucem Tuam & veritatem Tuam.  
*Psal. 42.*

Paratum Cor meum Deus paratum Cor  
meum. *Psal. 56.*

Deus misereatur nostri & benedicat no-  
bis: illuminet vultum suum super nos &  
misereatur nostri. *Psal. 66. 1.*

Deduc me Domine in via tua, & ingre-  
diar

diar in veritate tua. *Pfal.* 85. 11.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniustitia. *Pfal.* 118.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem; quia ad Te levavi animam meam. *Pfal.* 143. V. 9.

Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es Tu. *Ibid.* V. 10.

Domine quid me vis facere. *Act.* 9. 6.

*Postquam statuimus Deo seruire.*

**D**irupisti vincula, mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi. *Pfal.* 115. 6.

Convertere anima mea in Requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi. *Pfal.* 114. 7.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei, magis, quam habitare in tabernaculis Peccatorum. *Pfal.* 83. 11.

A modo voca me, Pater meus Tu es. *Ier.* 3. 4.

*Ad Divinae Præsentia Recordationem.*

**D**irige in Conspectu Tuo viam meam. *Pfal.* 5. 9.

Quo ibo à spiritu Tuo? & quo à facie Tua fugiam? si ascendero in Cælum Tu illic es. si descendero in infernum ades: si sumptero pennas meas diluculo & habitavero in extremis maris, etenim illuc manus Tua deducet

## FERIA QVARTA. 251

ducet me, & tenebit; me dextera Tua. *Pfal.*

138. 7.

Oculi Tui Domine multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi & hominum Corda intuentes, in absconditas partes. *Ecol: 23.*

Oculi Tui aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, ut reddas unicuiq; secundum vias suas; & secundum fructum adinventionum ejus. *Ierem. 32. V. 19.*

*Laus Dei & Gratiarum Actio.*

**D**omine Deus meus in aeternum confitebor Tibi. *Pfal. 29. 13.*

Omnia Ossa mea dicent: Domine quis similis Tibi. *Pfal. 34. V. 10.*

Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam Tuam, tora die magnitudinem Tuam. *Pfal. 70. 8.*

Benedic anima mea Domino, & omnia quae intra me sunt Nomini Sancto Ejus, Benedic anima mea Domino: & noli obliuisci omnes retributiones ejus. *Pfal. 102. 1.*

Non nobis Domine non nobis, sed nomini Tuo da gloriam. *Pfal. 111. 1.*

Quid retribuam Domino, pro omnibus quae retribuit mihi. *Pfal. 111. 12.*

Confitebor tibi Domine, quoniam exaudivisti

disti me, & factus est mihi in salutem. *Psal.*  
117. 21.

*Amor Dei & Celestis Gloria.*

**S**I inveni gratiam in conspectu Tuo Do-  
mine ostende mihi faciem Tuam. *Exodi.*  
33. 13.

Unam petij à Domino, hanc requiram,  
vt habitem in Domo Domini omnibus die-  
bus vitæ meæ, ut videam voluptatem Do-  
mini, & visitem templum ejus. *Psal.* 26. 4.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies  
mea: Faciem tuam Domine requiram. *Ibid.*  
V. 8.

Quemadmodum desiderat cervus ad fon-  
tes aquarum, ita desiderat anima mea ad te  
Deus, sitivit anima mea ad Deum fontem  
vivum, quando veniam & apparebo ante  
faciem Dei. *Psal.* 41.

Quis mihi dabit pennas sicut columbæ,  
& volabo & requiescam. *Psal.* 54. 7.

Quid mihi est in Cælo, & à Te, quid  
volui super terram, defecit caro mea, &  
Cor meum, Deus Cordis mei, & pars mea  
Deus in æternum. *Psal.* 72.

Quam dilecta tabernacula tua Domine  
virtutum: concupiscit & deficit anima mea  
in atria Domini. Cor meum & Caro mea  
exultaverunt in Deum vivum! *Psal.* 83. 1-

Beati

Beati qui habitant in Domo tua Domine,  
in sæcula sæculorum laudabunt Te. *Ibid. v. 5.*

Melior est dies una in atrijs Tuis super  
millia. *Ibid. V. 11.*

Heu mihi quia incolatus meus prolon-  
gatus est. *Psal. 119. 5.*

Si oblitus fuero Tui Ierusalem, oblivioni  
detur dextera mea, adhæreat lingua mea  
faucibus meis si non meminero Tui, si non  
posuero Ierusalem in Principio lætitiæ meæ.  
*Psal: 136. 5.*

Educ de Custodia animam meam ad Con-  
fitendum Nomini Tuo. *Psal. 141. 8.*

Indica mihi quem diligit anima mea ubi  
pascas ubi cubes in meridie. *Cant. 1. 7.*

Anima mea desideravit te in Nocte. *Isai:  
26. 9.*

Infelix ego homo, quis me liberabit de  
corpore mortis hujus *Rom. 7. 24.*

Cupio dissolvi & esse cum Christo *Phil.  
1. 23.*

DEVOTIO VESPERTINA.

**V**Nanimis hæc Sanctorum Patrum & Ascetarum  
est sententia ad extirpanda vitia, virtutesq;  
acquirendas, nullum efficacius esse medium, quam  
crebrum Conscientiæ examen. Mortis nescimus diem  
neq; horam, quis scit? si hæc nocte in somnis non  
sit futura. Estote parati dicit Dominus. Itaq;  
semper

*semper expedit, singulariter cundo cubitum Examen Conscientia facere, sincerè pro peccatis dolere, post expeditas Gratiarum actiones Deo pro omnibus beneficijs tibi collatis, primo remissionem peccatorum petere, cum Intentione consistendi, post gratiam ut Te conservet, à subitanea & improvisa morte, à Nocturnis casibus; Examen vero facies Conscientia tue, quomodo cogitatione. verbo, & opere, quando & quoties peccasti, facta Contritione.*

*Solve DEO grates.*

**O**Clementissime Deus, Creator, Protector, ac Redemptor meus, benedico, laudo & glorifico, cum omnibus Angelis & Electis Tuis, gratiasq; ago pro animi & corporis donis ac beneficijs, mihi hodie, & alijs liberalissime collatis. Quid retribuam Tibi Domine pro omnibus, quæ tribuisti mihi? Me totum & omnia quæ dedisti mihi, in super & Omnium Sanctorum laudis & amoris affectus, in unione Passionis ac meritum Christi Tibi pro merito gratiarum actione offero. Suscipe ô Pater æterne hanc Oblationem meam? Utinam majori affectu nunc & in æternum cum omnibus Creaturis Te laudare & glorificare possem? Paratum Cor meum Deus, paratum cor meum. *Psal.* 56. 8.

*Pete*

*Pete Lumen.*

**V**eni Sancte Spiritus, & emitte Calitus  
Lucis Tuæ radios, illumina mentis meæ  
tenebras, ut peccata hodie Comissa negli-  
gentiasque meas videam, agnoscam & de-  
tester.

*Discute Mentem.*

**Q**uantas habeo iniquitates, & Peccata,  
Scelera mea & delicta ostende mihi  
Domine.

Omnes diei horas percurrere, & vide quid  
boni neglexeris, quid mali commiseris, Co-  
gitatione, verbo, & opere.

*Delicti veniam Posce.*

**E**N Domine DEUS, quid retribuisti Tibi  
pro omnibus quæ retribuisti mihi, ni-  
si peccata, negligentias, & ingratitudeſ;  
Ah! quam doleo, quod Te Deum sum-  
mum bonum meum, mihi super omnia di-  
lectum unquam offenderim, Tibi soli pec-  
cavi, & malum Coram te feci. Erravi si-  
cut ovis quæ periit. Respice in me & mi-  
serere mei, Ignosce ò Deus, ignosce per  
gemitus, lachrymas, Passionem, & mortem  
dilectissimi Filij Tui. Domini nostri IESU  
Christi. Ecce mi JESU in te posita est  
omnis spes mea. Te supplex oro, ut o-  
mnia scelera & delicta mea, Sacratissimo San-  
guini

guini Tuo immergas, tuisq; infinitis meritis compenses, quidquid meae satisfactioni de est, tu enim es propitiatio pro peccatis nostris.

*Recide Malum.*

**I**Terumnè peccabo? Tu aq; ô JESU Sanctissima vulnera & pretiosum Sanguinem pro me effusum conculcabo? Pudet oculos in Cælum levare, qui vitæ me indignum agnosco. Quid ergo impostero? Te nè rursus offendam! haccine N. peccata repetam! istas occasiones non fugiam: Rem tam vilem tibi præferam? Dixi nunc capi, tuam mihi ô JESU dexteram porrige. Persequar inimicos, id est peccata mea. Succurrite ô Cælites? tuq; imprimis ô Misericordiæ Mater, & tu Angele mi custos, vosq; nominatim ô Patroni mei? adeste, adjuvate, ut omnia in posterum Peccata evitem, potissimum istud. Confirma hoc Deus, quod modò operatus es in me. *Psal.* 67. 20.

Praxis extirpandi aliquod vitium v. g.  
Impudicitiam.

**I.** **C**avere, ne ulli cogitationi immunde locus detur 2. Oculos domi, in plateis, maxime in templo quàm diligentissime custodire. 3. Turpia, nec legere, nec loqui. nec audire. 4. Manus ab omni tactu illicito proprij, vel alieni,

Corpo-

Corporis continere. 5. Omnem Societatem & Con-  
 uersationem noxiam, maxime mulierum. & Puel-  
 larum velut pestem vitare.

Praxis circa curam temporis.

1. **M**anè sine mora se electo proripere. 2. Bo-  
 nam Intentionem omnibus Actionibus præ-  
 mittere. 3. Præscriptam temporis distributionem  
 accuratè servare. 4. Fabulas inutiles, Lusus, nu-  
 gas, &c. vitare. 5. Pœnam quam nobis delinquen-  
 tibus imposuimus, eodem die subire. &c.

Praxis exercendæ Charitatis.

3. **L**ibenter alijs subvenire; instruere. &c. 2.  
 Acceptas Injurias patienter ferre & prom-  
 ptè condonare. 3. Vindictæ spiritum sollicitè co-  
 hibere. 4. Alios dissidentes optimo quovis modo  
 concilire. 5. Sæpius in memoriam revocare mo-  
 nita scripturæ, v. g. Ioan. 15. Quod uni ex mi-  
 nimis meis fecistis mihi fecistis.

ATTRIBVTA DEI,  
 Ad MATUTINUM.  
 VOLUNTAS DEI

Voluntas DEI in æternum durabit Prou 19.  
**O**Immutabilis voluntas DEUS meus, cu-  
 jus Intellectus & Essentia idem sunt,  
 Qui es finis omnium. Qui agis quod po-  
 stides, eoque gaudes non motus ab alijs,  
 Qui

Qui vis, alia esse ut ad finem, per te ipsum  
 ut finem. Qui vis alia, quia diffusivum sui  
 omne bonum. Qui vis multa propter unita-  
 tem essentialem bonitatis suæ se necessario,  
 alia ex Hypothesi, id est, non defectu vo-  
 luntatis suæ, sed Creaturæ. Qui es causa  
 Rerum, quia agis per intellectum & volun-  
 tatem, non ex necessitate naturæ, quia crea-  
 res infinitum, sed finite, quia voluntas de-  
 terminat. Qui unico Actu vis finem & me-  
 dia. Vis hoc est, propter hoc, non tamen  
 propter hoc, vis hoc. Cujus voluntas sem-  
 per impletur, quia causa universalis. Vis  
 omne bonum, id est simpliciter, non alia,  
 qui nulli mutationi obnoxius es. Non es  
 mutabilis quia Tua substantia. Omnis mu-  
 tatio ex parte Creaturæ in Te, nonnisi Me-  
 taphoricè. Nonnisi in aliquibus necessita-  
 tem imponis, ob efficacem tuam volunta-  
 tem, in reliquis conditionatam. Qui liberè  
 vis, quia potes, velle hoc esse, & non esse,

Cum itaque tantæ sis ô Deus meus volun-  
 tatis incomprehensibilis, Te laudo & mihi  
 gratulor. Quia scio securè mihi confiden-  
 dum Tibi, & jactandum Curas meas in Te.  
 Dedisti mihi quidem liberum arbitrium cir-  
 ca Creationem primi hominis, facere bonum  
 vel malum, ut voluero, *Gen. 6. 5. 8. & 21.*  
 sed

sed & Tui Oculi vident imperfectionem meam, & nos cognoscimus eas, Ideo abrenuntio juribus meæ libertatis, integrè redono in Personam Tuam, quia nescio uti illo. Jam præceptis salutaribus monitus, & Divina Institutione formatus, in omnibus necessitatibus & occasionibus præsentis & futuri sæculi, quæ juxta animam & Corpus desideranda sunt mihi, semper audebo dicere. *Fiat voluntas Tua sicut in Cælo in Terra.* Reliqua suppleat bonitas Providentiæ Tuæ, quæ nullum derelinquit, Amen.

Ad VESPERAS.  
BONITAS DEI,

*Bonus Tu Domine, & in bonitate Tua doce me Iustitiam Tuam. Psal. 118.*

**O** Bonitas infinita DEUS meus? Tu es unum simplex, Perfectus, absolute Ens Entium. Origo bonorum Omnium. Natura Naturifans, Causa Causarum. Conservator omnium. Existens per se, & à se, & ex se Actus purus, & simpliciter simplex. Bonum summum & increatum. Necessarium, absolutum. A te omnia participativè bona sunt. Bonum appetibile ab omnibus. Centrum universæ Creaturæ. Bonum per essentiam. Amor omnium objectivus. Amaro in fundis bonum omnibus. Infinite perfectus.

ctus es, & Causa ordinis, & unum simpliciter. Indivisus es in se, quia sine partibus. Tuum esse, operari, & finis, idem sunt. A te omnia dependent, ceu à Principio & primo exemplari effectivo, & finali extrinseco. Bonum expectabile, quia à Te bona sunt. Diffusivum sui essentialiter. Communicativum sui, ad intra substantialiter. Acceptabile & gratum finaliter. Perfectionem omnibus, tribuens, Amores, cujus voluntas, tanquam Primus Actus, tendit in bonum secundum se. A te omnia participatè bona sunt. Per Communicationem & diffusionem Bonitatis Tuæ omnia sunt. Ad Te tendit omnis appetitus Creaturæ. Appetibile ultimum. Primum & supremum Entium. Causa universalis omnis bonitatis & perfectionis in Creaturis Infinitè excedis omnem Creaturæ perfectionem. Finis omnium. Tu totum esse, bonitatem & perfectionem tribuis Creaturis. Omne sive finitum sive infinitum Tibi additum, Non facit illud majus aut melius intrinsecè: In suo esse constituitur per propriam essentiam & Aseitatem: Non ordinatur ad finem suum consequendum, per aliquod distinctum à se, & à sua Essentia Per Essentiam suam realiter comprehendit seipsum, & fruitur à seipso

seipsum  
pende  
hoc v  
nere  
pio &  
sine lo  
fura p  
num.  
mine?  
tis, F  
vobis  
vobis  
amen  
circa  
anima  
ctæ.  
transf  
bonita  
vel ad  
benepl  
comm  
tecum  
Tibi

C  
for  
24, ex

seipsum. Tu non perficis Participativè & dependente ab alio. Plusquam optimus es, non hoc vel illo modo, non in hoc vel illo genere bonitatis, sed absolutè, sine Principio & sine, sine limitatione sine numero, sine loco, sine modo, nisi eo, quo sine mensura præoccupas & amplecteris omne bonum. Quid itaque petam præter Te Domine? qui es Plenitudo universalis bonitatis, Fons, Origo, medium & finis Valedico vobis, contemno & in æternum abrenuntio vobis ô Mundi vanitates. Te Deum meum amem, de Te cogitem, ad Te desiderem, circa Te, & tecum maneam. Te magnificat anima mea Dominum ex toto Corde & affectu. Ut tibi in æternum serviam. Omnia transitoria tanti æstimem, ut placet Tuæ bonitati, ne ulla alia ratione illa contemnam, vel æstimem: Perfice me secundum Tuum beneplacitum, in cogitatione & amore Tuo: commuta me totum in Teipsum? & unus tecum spiritus efficiar, ut jam non mihi sed Tibi vivam, Amen.

Meditatio contra Invidiam.

*C*irca hodiernas Meditationes consideranda deformitas abominabilis Peccati invidia. Cognita, excidatendus est affectus, & singularis Complacencia,

R

centia,

centia, alicujus Boni proximi Tui. Cur enim Oculus Tuus scandalizat Te. quod plus proximo tuo impertiatur Dominus quàm tibi? Cur intras & scrutaris Iudicia Domini quo fine agit? sed ad mitigandos illicitos hos affectus cape medium, Tibi & Deo proximum. Purissime & absolute resigna te & omnia tua in Dei voluntatem. Hæc est prima & maxima hominis felicitas perfectioque, velle quod vult Creator Ejus, & inde certe dependet vera sanctitas. Sancti in Calis non alia de causa sunt sancti, nisi quod illorum voluntas, cum voluntate Dei accommodabatur. Etsi omnes habueris virtutes hæc deficiente, vitam non ducis perfectam. Homo qui non est sua sorte contentus & proximo invidet, tribuit sibi ex parte superioritatem Dei: velle ut aliter Res vadant in mundo, quàm vadunt, est velle, quatenus Deus non sit Deus, & absolutus, mundi Dominus. O stultitia! inficiari Creatori & Ejus bonitati. Quidquid nobiscum agitur, ejus dispositione agitur. An non expedis suscipere quantum æterna ordinat Dei sapientia? Ille scit perfectius quo tibi opus sit, quia præterita, præsentia, & futura benè cognoscit. Cur itaq; nescius, scienti, securè non confidis? Nihil tibi evenit ex ordinatione Divina, quod non sit in melius Tuum, quia hæc semper vult Naturalis ejus Bonitas. Non desideremus itaq; quidquam, nisi quod ille voluerit: non incusemus abhinc calo-

rem aut frigus damna aliqua vel infirmates &c. quia omnia mutant suam Essentiam & quantitatem in manu Dei. Quod putat mundus esse tempestatem, damnum, afflictionem, tristitiam, Est serenitas, Lucrum, Letitia, gaudium de Celo nobis datum quod evenit ex voluntate Dei; Discamus à Christo Domino, qui licet gravissimas considerando Passiones. Rogabat Deum Patrem ut amoveret Calicem, tamen se applicando voluntati Ejus, dixit: Non recuso Pater mi, nam hæc est voluntas tua. Mat. II. Potuit ne Deus dare proximo quod tu invides & tibi dare non poterit; si ejus sectes gratiam & sic voluerit? Hic est Dominus, apud quem est totum acsi nihil, quid non minora propter te faciet dum voluerit? Ejus verò voluntati, o quam est securius considerare quam sibi. Bonitas ejus est infinita, inexhausta, sciens, plusquam Rationabilis; nescis Actiones, quid unde provenit, ad quid sit necessarium, quo mihi & proximo meo opus sit; Cur sapientiozem, Bonitate perfectiozem, ditiozem? qui propter te, & propter tuum proximum habet omnia Desideras Invidiose docere Iustitiam distributivam? an derelinquit aliquando justum Deus, & sperantem in Domino? Confidis vitam tuam Medico, Causas Juris Patrono, si cæcus es Ductori, sepè etiam cani; & recusabimus ut Deus sit Director noster? Providentia Eius extenditur etiam ad formicas, &

minimum vermem terræ. Cur times & diffidis, qui es ad imaginem Ejus creatus, sanctissimo sanguine Christi Redemptus, utrum non plus sollicitus est de te? Deus saturat, tegit, Providet omnia bona Paganis & infidelibus, qui ipsi sunt inimici & non irascitur Eis, Beneficia distribuit inter impios, qui blasphemant sanctum Nomen Ejus, & quid non faciet propter bonos Christianos, qui illum confitentur, laudant, amant, & proprij sunt Ejus? verissime respectibus nostris longè melius, cum sint in libera dispositione Dei. Iactemus curas nostras in Dominum & ipse emutriet nos, nec dabit Iusto commotionem in æternum. Pater noster est mirabilis erga nos bonitatis. Protestatur curam omni Creaturâ suâ, quia delicta eius sunt, Esco cum filijs hominum, & ubi est Deus quid ibi consideratur? Amor, quem erga suos habet filios obligat eum, ut curam habeat eorum pro necessitatibus unicuiq; debita. Promisit nobis esse adiutorio & defensione, cerè constabit verbo suo. Prius Cælum & terra peribit, quàm sperans bonitati Ejus.

Habes facilem modum, ad sedandos illicitos & infames affectus Invidiæ, que nihil sibi lucratur, nec alijs quidquam aufert vel nocet, nisi invidenti, quem bonum alienum affligit, emacerat. Assensus verò & Resignatio in Dei voluntatem, certa, infallibilis, cum sufficienti contentatione præsens & futura Provisio felicitis æternitatis. Sic considerando,

*Ido, quàm securum sit confidere in Domino, satius invidenda sunt nobis virtutes Sanctorum imitandaq.*

O R A T I O

**N**ON est, nisi Tua ò aeterna veritas Deus meus, certior assecuratio, qui omni careres mutatione, & prædestinata etiam indignos non prætereunt, nec de bonitate Tua invidia aufert. Et ideo in fidem tuam, jam securè persuasus totaliter resigno me, & omnes necessitates meas, in Beneplacitum Bonitatis Tux. Cum adjutorio tuo his sim contentus, hæc desiderem, quæ Tu ipse vis, nemini quidquam invideam, & quod mihi placuerit apud proximum sit mihi cordi, ac si meum, magnificando Nomen Tuum de justitia Tua distributiva, quomodo quando & cui volueris, Amen.

*Omnia quaecunq; facitis in verbo aut in opere, omnia in Nomine Domini nostri JESU Christi, gratias agentes DEO & Patri per ipsum. Col. 3.*

M E D I T A T I O.

Pro Feria Quarta, de Inferno.

**P**RO imaginatione Loci, pone tibi ob oculos profundam & horrendam cavernam plenam serpentibus, bufonibus &c. Vbi continus ejulatus inter fumum & stridentes flammæ &c.

P U N C T U M I.

**C**onsidera, quid sit aeterna damnatio interminabilis,

nabilis, & immutabilis status, in quo reprobi sine ulla commiseratione torquentur; nullum simile tormentorum genus ab homine potest excogitari inferno. Apocal: 24. 8. Et quamdiu hac patientur? quoad Deus erit Deus. O infelix aeternitas in qua durabit semper talis poena nunquam deficiet.

*Affectus.* Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante?

Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis. Ia. c. 33.

O Domine! hic ure, hic seca, ut in æternum parcas.

P U N C T U M III.

**E**xpende, poenam sensus, h. e. aeterna tormenta, tam animæ, quam Corporis. Oculi, spectris; aures incondito ejulatu, fletu, & blasphemijs; Nares intollerabili fetore; Lingua & palatum liquata Pice & sulphure ardenti. Manus, pectus totumque corpus intolerabili carnisicina cruciabuntur: Memoria & intellectus recordatione & consideratione neglecti temporis, gratiæ, cor identidem rodent. Voluntas, nihil ex suis desiderijs & votis obtinebit, omnia in Contrarium ibunt. Quantum glorificavit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Apoc. 18. 7.

*AFFECTVS.* O Cacitatem hominum! qui, pro guttula mellis, tantum haurire fells non videntur

PUN-

## PUNCTUM III.

**E**Xpende pœnam damni, quæ est æterna & conspectu Dei & Consortio sanctorum exclusio, multò intollerabilior quàm omnia alia tormenta.

**AFFECTVS,** O si hæc nunquam animo exciderint? Ne proicias me à facie Tua Domine, & Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me. *Psal. 50.*

*Ex libro Moralium S. Gregorij Papæ lib. 10.*

*Cap. 16. in C. 13. Iob.*

**D**eridetur iusti simplicitas, hujus mundi Sapiencia est. Cor Machinationibus tegere: sensum verbis velare: quæ falsa sunt, vera asserere; quæ vera sunt, falsa demandare. Hæc nimirum prudentia usu à Iuuenibus Scitur, à pueris discitur pretio: hanc qui sciunt, cæteros despiciendo superbiunt; hanc qui nesciunt, subiecti & timidi in alijs mirantur, quia ab eis hæc eidem duplici-  
tatis iniquitas, nomine palliato diligitur; dum mentis perversitas, urbanitas vocatur Hic, sibi obsequentibus præcipit honorum culmina quærere, adeptæ temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab alijs mala multiplicius reddere, cum vires suppetunt nullis, resistentibus, cedere; cum virtutis possibilitas deest quidquid per malitiam explere non valent, hoc in pacifica bonitate simulare.

At con-

At contra, Sapiencia iustorum est, nil per  
offensionem fingere; sensum verbis aperire;  
vera, ut sunt, diligere: falsa devitare: bona  
gratis exhibere: mala libentius tolerare,  
quam facere: nullam injuriæ ultionem qua-  
rere: pro veritate contumeliam lucrum pu-  
tare, hæc iustorum simplicitas deridetur,  
quia ab hujusmodi Sapiencibus, puritatis  
virtus facultas creditur. omne enim quod in-  
nocenter agitur, ab eis proculdubio, stul-  
tum vocatur. Et quid in opere veritas ap-  
probat, carnali Sapienciæ, fatuum sonat Quid  
namq; stultius videtur mundo, quam men-  
tem verbis ostendere nil calida Machina-  
tione simulare, nullas injurias contumeliã  
reddere, pro maledicentibus orare, pau-  
pertatem querere possessã relinquere.

DEVOTIO  
FERIA QVINTA,  
LAUS DEO,

Per SS Sacramentum Corporis, & San-  
guinis Domini nostri JESU Christi.

*Consideratã benefica DEI gratiã impossibile, ne  
Condolendum sit vicibus conditionis humane  
Ut sit Homo dives, & habeat opes, sibi & alijs  
varie communicandas, ò quantum temporis con-  
sumi-*

sumimus? quæ dispendia fortunæ & vitæ? quantæ curæ, labores, sollicitudines? rectè an cum Injuria proximi acquisita, modo habeantur? vel habitis & dilapidatis sentire miseriam, causa honoris, potius humoris, & spetiosum mundi ad tempus videre. Quis tandem horum finis? mors monstrabit: sæpe & mortem prævenit, Invidia hominum. Calumnia, Pericula, infirmitas, necessitates, miseria &c. Quomodo verò educari, & pro felici æternitate vivere, adhuc tam facili modo, dum nobis ultrò benevole præparantur salutaria condimenta, non terrestris, sed Cælestis Angelorum cibus, Corpus & Sanguis Domini nostri JESU Christi, DEI, & Hominis veri: quod magis vitæ conducit æternæ nihil absolute curamus. O stulticia! Considera & vide singularem Bonitatem Divinam ne Homo Creatura timeat Creatorem videndo eum ut est Deus. Ecce in terrestri Cibo & quotidiano, pro conservatione vitæ præsentis solito, in Pane communicat se nobis, & secum nos unit, ut eò securius & facilius accedamus ad hanc Communionem Obonitas inexhausta! ô Divina Providentia!

Et qualiter ad hoc festinamus? raro leviter, sine debita præparatione & reverentia, indigni: & sic communicantibus. Male enim communicare est, esse damno virtutis sacramentalis, quod efficimus, cum pollutâ Conscientiâ communicamus. O quam iuste metuendum est nobis tot Confessiones & pa-

rum,

rum, vel nihil correctionis? toties sumere Caelestem cibum & terrestrem ducere vitam? sed potius hoc timendum est nobis sumendo toties Corpus, & Sanguinem Domini, sine verò dolore pro peccatis, dignè sumimus iudicium. contra nos, & studio damnatione saturamus. Porro ad causam restitutionis tot sumptionis Sanctissimi huius Sacramenti, & etus pollutionis, profanationis, sacrilegij indignè accedendo ad mensam Domini, quid dicemus? Idèd probet seipsum homo I. COR. II. Et, quæ major potest esse probatio quotidiana commemoratione huius inexhausti, licet tremendi, sed salutaris Divini thesauri, huius dico SS. Sacramenti? Post hac procuranda rectissima Conscientia, & in humilitate contritio. ut dignè ad hanc mensam accedamus.

## ORATIO DOMINICA.

*Pater noster qui es.*

**D**omine Sancte Pater, qui legalium multitudinem hostiarum in vnus sacrificij novæ Legis Hostia conclusisti? quiq; nobis in dilecto Filio Tuo, sacerdote Magno & summo utriusq; Testamenti Pontifice perfectæ oblationis exemplar, secundum quod nos faceremus, ipse in Monte Calvariæ monstrasti. Fac quæsumus, ut per Tuam gratiam fiamus conformes imaginis Filij Tui, qui nobis similis fieri dignatus es in forma  
fervi

fervi. Et sicut ille semetipsum cruento modo in Cruce, quo ad Corpus & animam secundum ritum Aaronis, & incruento modo secundum Ordinem Melchisedech in ultima Cœna Tibi æterno Patri suo obtulit, ita nos exemplo Corpora nostra, in hostiam viventem, sanctam tibi placentem & rationale obsequium quotidie offeramus. Animam quoque & omnes Ejus vires ac potentias in *Holocaustum* Laudis, in sacrificium *Eucharisticum* pro donis acceptis, in *Impetratorium* pro accipiendis, & deniq; in *Propitiatorium* pro peccatis immolemus.

*Sanctificetur Nomen tuum.*

**D**omine JESU Christe, qui æterni Patris amore, non tuam sed illius in omnibus & per omnia gloriam quærens, tradidisti temetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in Odorem suavitatis: Laudo & adoro ex toto corde meo summam tuam potentiam, Bonitatem, Sapientiam, Iustitiam, Misericordiam &c. quæ in hoc sacrificio & opere Redemptionis mirabiliter elucet.

Gaudeo per hanc Oblationem vana gentium Idola & profana sacrificia abolita & sincerum verumq; tibi Deo vivo & vero cultum ac Honorem restitutum esse. unde ego nunc immolo Tibi sacrificium Laudis, & reddo

& reddo Altissimo vota mea, *Credo* Tibi & *spero* in Te & *Amo* Te per omnia: meq; ipsum Tibi plenè resigno & totius Intellectus, voluntatis, & memoriae meae victimam Tibi offero in holocaustum perpetuum, idq; donec.

*Adveniat Regnum tuum.*

**Q**uod parasti nobis ab origine mundi, **Q**uo Rex magne Princeps Regum Terrarum, qui regnasti à ligno, & Principem hujus mundi ejecisti foras! Qui dilexisti nos, & lavisti nos à Peccatis nostris in Sanguine Tuo, ut faceres nos Regnum & Sacerdotes Deo.

O JESU Rex meus, & Deus meus, Ecce ego servus Tuus, & filius Ancillae Tuae eligo Te hodie mihi, in hac Communionem seu sacrificio Missae in Regem perpetuum & offero me Tibi in servum sempiternum. Tibi soli sacrificabo, deinceps hostiam Laudis & nomen Tuum invocabo. Sit nomen Tuum Domine benedictum ex hoc nunc & usque in saeculum.

*Fiat voluntas tua.*

**D**omine IESU Christe qui venisti in hunc mundum, ut faceres voluntatem Patris Tui & opus Redemptionis nostrae quod tibi dederat, perficeres. Unde & ad eam implendam factus es obediens Deo Patri. usq; ad

ad mortem, mortem autem Crucis. Hujus autem obedientiæ meritò omnis gratia salus, & vita & omnia in nobis bona tam copiosè redundant. Sed, quid ego retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi: scio nihil Tibi gratius fieri posse, quam si voluntas Tua per nos in omnibus fiat.

Ecce itaque in unione Sanctissimi Sacrificij Tui, quo Te æterni Patris voluntati spontè subiecisti: (oblatus enim es quia ipse voluisti) quodq; ego nunc in hac communione, vel Missa recolo; omnem voluntatem meam Tuam, libens, & integrè subijcio; & hanc ab omnibus ubiq; & semper plenissimeq; fieri percipio; idque in Gratiarum actionem pro omnibus beneficijs Tuis, Creationis, Redemptionis, conservationis, gubernationis &c. Benedic Anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt Nomini sancto eius, &c.

*Panem nostrum quotidianum.*

**O**Pater amantissime! Cuius infinita liberalitate JESUS Christus Filius Tuus, datus est nobis Dux, Medicus, Pastor Nutritius &c. sic enim dilexisti mundum ut Filium Tuum unigenitum dares.

Qui ergo proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomo-

quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? præsertim cum tantam eius fiduciam, ipse nobis filius suggerat, dicens? *Si quid petieritis Patrem in Nomine meo dabit vobis.*

Nunquid ergo si petierimus *Panem* dabit nobis lapidem, aut pro ovo scorpionem?

Ecce Nomen ejus, & simul infinita merita sacrificij in Cruce peracti, repræsentato tibi. Pater æternæ, & rogo ut *Panem* quotidianum des nobis *Panem Corporis*, sed animæ præcipuè, sub Illo quidem petens omnia vitæ præsentis necessaria subsidia, ut melius serviamus Tibi, sub isto cibum animæ, seu dona gratiæ, & quæcunq; ad Cor confirmandum pertinent; ne deficiamus in via, quâ tendimus ad Patriam, ubi satiabimur ab ubertate Domus Tuæ &c.

*Et dimitte nobis.*

**O** Pater Misericordiarum, apud quem habemus advocatum Dominum nostrum **JESUM** Christum, qui factus est propitiatio pro Peccatis nostris, & reconciliauit nos Tibi in sanguine suo, cum se *Hostiam* pro peccato in Ara Crucis obtulit. O pretium magnum! ô Copiosa Redemptio & satisfactio superabundans, pro meis imo totius mundi peccatis? Hanc modo repræsentato & offero

offerō tibi ô pie Pater! dum in hac Missa,  
vel communione illius memoriam renovo.

Sed & victimam Corporis, & membro-  
rum meorum, voluntaria mortificatione im-  
molo tibi in sacrificium spiritûs contribu-  
lati. Cor contritum & humiliatum Domi-  
ne ne quâsô despicias. Sed respice in fa-  
ciem Christi tui, qui Peccata nostra per-  
tulit in Corpore suo, cuius livore sanati  
sumus. Quid verò proderit nos à peccatis  
præteritis liberatos esse, si nos muniamur  
adversus futura. Rogamus itaque.

*Et ne nos inducas:*

**N**Am proni sunt sensus hominis ad ma-  
lum ab adolescentia sua; Domine tu nos-  
sti miseriam nostram, & infirmitatem fi-  
gmenti tui, & quàm nihil possimus sine  
Te. Rogo te, per vim clementiæ Tuæ &  
propitiatorij illius sacrificij in Cruce peracti,  
ut procul à nobis omnia scandala, tentatio-  
nes, periculâ, occasiones amoveas, per quæ  
denuò nos ad peccandum induci posse præ-  
vides. Absit, ut iratus nobis tradas nos in  
desideria cordis nostri, & tentationibus,  
quasi fluctibus maris expositos, sine rectore,  
& remige jactari sinas. Quin tu ô fidelis  
Deus, esto mecum in tentatione, & non  
permittas me tentari supra id quod possum.

Ad

Ad hoc offero tibi sacrificium Corporis & sanguinis tui, ut vires contra tentationes mundi, carnis ac Dæmonis mihi præstes. Si Tu Domine nobiscum & pro nobis, nihil nocere poterit.

*Sed libera nos.*

**O** Domine, qui neminem vis perire, sed omnes salvos fieri, mala quoque pœnæ, per quæ in malum culpæ, id est offensam Tui & jacturam salutis impelli possemus, à nobis auferri petimus. Flagella iracundiæ tuæ, Bella, famem, morbos &c. à nobis Clemens averte.

Agnoscamus nos meritò hæc pati, quia peccavimus in te fratrem, imò Patrem nostrum, & jam non sumus digni vocari filij tui.

Attamen, propter temetipsum Domine, & propter Nomen tuum, quoniam bonum est, amove à nobis plagas tuas, & omnia mala propitiatus auerte, aut saltem fac ut diligentibus Te omnia etiam mala coeperentur in bonum. Hoc sine offero Tibi **O** JESU Sacrificium istud seu communionem Corporis & Sanguinis tui, imo teipsum, velut antidoton & alexipharmacum omnis mali. Si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala quoniam Tu  
mecum es.

LITA-

KY  
Chri  
Pater  
Fili R  
Spiritu  
Sancti  
Panis  
Deus  
Frum  
Vint  
Panis  
Iuge  
Oblat  
Agnu  
Men  
Ange  
Mani  
Mem  
Panis  
Verb  
Habi  
Hoff  
Calix  
Myft

FERIA QVINTA.  
LITANIÆ

277

*De Venerabili Sacramento.*

**K**Yrie eleison.      Christe eleison.  
Kyrie eleison.  
Christe audi nos.      Christe exaudi nos.  
Pater de Cælis Deus,      Miserere nobis.  
Fili Redemptor mundi Deus,      Miserere n.  
Spiritus Sancte Deus,      Miserere nobis.  
Sancta Trinitas vnus Deus,      Miserere n.  
Panis vivus qui de Cælo descendisti,  
Deus absconditus & Salvator,  
Fruentum Electorum,  
Vinum germinans Virgines,  
Panis pinguis & delitiæ Regum,  
Iuge Sacrificium,  
Oblatio munda,  
Agnus absq; macula,  
Mensa purissima,  
Angelorum esca,  
Manna absconditum,  
Memoria Mirabilium DEI,  
Panis supersubstantialis,  
Verbum Caro factum,  
Habitans in nobis,  
Hostia Sancta,  
Calix Benedictionis,  
Mysterium fidei,

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Præ-

Præcellsum & Venerabile Sacramentum,  
Sacrificium omnium Sanctissimum,  
Verè propitiatorium pro vivis & defun-

ctis.  
Cæleste Antidotum, quo à peccatis præ-

fervemur,  
Stupendum supra omnia Miraculum,  
Sacratissima Dominicæ Passionis comme-

moratio,  
Donum transcendens omnem plenitudi-

nem,  
Memoriale præcipuum Divini amoris,  
Affluentia Divinæ Largitatis,  
Sacrosanctum & augustissimum Myste-

rium,  
Pharmacum Immortalitatis,  
Tremendum ac vivificum Sacramentum,  
Panis Omnipotentia Verbi Caro factus,  
Incruentum Sacrificium,

Cibus & Conviva,  
Dulcissimum Convivium, cui assistunt  
Angeli ministrantes.

Sacramentum pietatis,  
Vinculum charitatis,  
Offerens & Oblatio,  
Spiritualis dulcedo in proprio fonte  
degustata.

Refectio animarum Sanctarum,

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Viati-

Viatic  
Pign  
Propi  
Propi  
Ab in  
A Co  
A Co  
A sup  
Ab on  
Per d  
Per f  
Per a  
Di  
Per f  
Per c  
Sa  
Pecc  
Ut n  
tio  
Ut a  
Ut n

Viaticum in Domino morientium,  
 Pignus futuræ gloriæ, Miserere nobis.  
 Propitius esto, Parce nobis Domine.  
 Propitius esto, Exaudi nos Domine.  
 Ab indigna Corporis & Sanguinis tui susce-  
 ptione, Libera nos Domine.  
 A Concupiscentia Carnis,  
 A Concupiscentia Oculorum,  
 A superbia vitæ,  
 Ab omni peccandi occasione,  
 Per desiderium illud, quo hoc Pascha cum  
 Discipulis manducare desiderasti.  
 Per summam humilitatem, qua Discipulo-  
 rum pedes lavisti,  
 Per ardentissimam Charitatem, quâ hoc  
 Divinum Sacramentum instituisti,  
 Per sanguinem tuum pretiosum, quem  
 nobis in Altari reliquisti,  
 Per quinque Vulnera hujus tui Corporis  
 Sacratissimi quæ pro nobis suscepisti,  
 Peccatores, Te rogamus audi nos  
 Ut nobis fidem, reverentiam, & devo-  
 tionem hujus admirabilis Sacramenti  
 augere & conservare digneris.  
 Ut ad frequentem usum Eucharistiæ,  
 per veram peccatorum Confessio-  
 nem nos perducere digneris,  
 Ut nos ab omni hæresi perfidia, ac Cor-  
 dis

Libera nos Domine Libera nos Domine

dis cæcitate liberare digneris.

Ut Sanctissimi hujus Sacramenti pretiosos  
& Cælestes fructus nobis impertiri  
digneris.

Ut in hora mortis nostræ hoc Cælesti  
Viatico nos confortare & munire  
digneris.

Fili DEI,

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, &c.

Kyrie eleison. Chryste eleison. Chryste  
eleison. &c.

*Piissima Oratio cum Meditationibus Asceticis  
Sancti Ignatii Societatis IESU.*

**A**nima Christi, omnibus Sancti Spiritus  
Adonis & charismatis exornata Sanctifica me,  
per fidem vivam, per spem firmam, per  
charitatem perfectam, quam nec tribulatio,  
nec angustia nec mors ipsa dissolvat. *O Ani-  
ma!* quæ per naturalem informationem Ch-  
risti es, sis etiam per gratiosam assistentiam  
& Operationem meam pijsq; cogitationibus  
& Affectibus Sanctifica me. Esto animæ meæ  
anima & vita: quia sine te omnis vita mors  
est. *Corpus Christi* quod non solum in mor-  
tem acerbissimam, verum etiam, in saluber-  
rimum animæ nostræ cibum, & immortali-  
tatis Pharmacum, jureque Sacrificium tra-  
ditum est, *Salva me*, *O Divinum Caput* in  
quo

Te rogamus audinos.

quo  
tiz D  
ries p  
O Sal  
habes  
rum a  
tui re  
morbo  
citate  
Qu  
na ge  
ut cu  
ofcule  
vos in  
O  
sacram  
meo,  
Christi  
San  
Inebri  
morte  
sangu  
stere  
Aq  
fluens  
munda  
ad Co  
rear,

quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, rege me. O benignissimi oculi, toties pro me lachrymis perfusi respicite me. O Sálvatoris lingua, quæ verba vitæ æternæ habes, doce me! *O potentissima manus!* quarum tactu morbi pulsi, cæci curati, mortui resuscitati, tollite omnes languores & morbos tum Corporis, tum animæ meæ, cæcitatem pellite, vitamq; gratiæ restituite.

Quis mihi det ô speriosi pedes! ô Paterna genua, toti mundo salutem afferentia! ut cum Magdalena vos amplectar, & de osculer veniamq; peccatorum meorum apud vos inveniam?

O amabilissimum Pectus! ô Divinitatis sacrarium! ô amoris altare! jungere cordi meo, illudq; amore inflamma sic mihi vivere Christus erit, & mori lucrum.

*Sanguis Christi*, totus amore mei effusus. *Inebria me*, ut amorem amore compensare, mortemq; pro morte subire, & usque ad sanguinem peccatis generosè semper resistere adnitar.

*Aqua Lateris Christi* ex aperto laterè profluens *Lava me*, amplius, & à peccato meo munda me: ut per apertum Christi Pectus ad Cor ejusdem amplexandum admitti merear,

*Passio Christi*, ô fortissima Passio? quæ omnia peccata nostra pertulisti *Conforta me* & contra omnes, adversitates confirma me, vireſq; tribue, ut contumelias & injurias pro Domino meo JESU Christo forti & alacri animo sustineam.

O Bone Iesu! Omnis bonitatis fons & Origgo! *Exaudi me* quamvis magnum Peccatorem, Tua enim bonitas & gratia etiam peccatores exaudit.

Dilata benignitatis tuæ viscera, & *intra tua vulnera*, quæ Asyllum miserorum constituisti. *Absconde me*, ne præda hostium fiam, aut in manus offensi Domini mei incidam. Hic securus latebo, hic misericordias tuas ô Bone JESU in æternum cantabo.

Ne permittas scelerum meorum multitudine & gravitate *offensus me separari à te* id oro per sacratissima Vulnera, per pretiosissimum Sanguinem, per Acerbissimam Passionem & mortem tuam. Nam à te separatus mox audire cogerer. Deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat. Proinde iterum iterumq; supplex oro mi JESU, ne in æternum permittas me separari à te.

Ab hoste maligno qui tanquam Leo rugiens circuit quærens quem devoret, *Defende* & pro-

& pr  
præva  
In  
Creat  
stabil  
tatis  
quæ t  
inqua  
tuæ;  
Voca  
tuâ p  
tas in  
rupti  
Et  
cum  
creat  
nes v  
enim  
super  
Deus  
Ut  
tio fi  
nitat  
Salva  
A  
rebo

M

& protege me, ne quando dicat inimicus meus  
prævalui adversus eum.

In hora mortis meæ, quando ab omnibus  
Creaturis deserar, quando trepidus, ex in-  
stabili hoc mundo ibo in Domum æterni-  
tatis meæ, *voca me*, perditam Ove[m] tuam,  
quæ toties vocem tuam audire renuit: voca  
inquam me, licet indignum, nomine Ovis  
tuæ; nam Oves tuæ vocem tuam audiunt.  
Voca me nihilominus, non meis meritis, sed  
tuâ permotus misericordiâ; quæ enim vtili-  
tas in Sanguine meo si descendero in cor-  
ruptionem.

Et jube me venire ad te summum & Uni-  
cum Bonum meum, ad cujus fruitionem  
creatus sum: jube me venire ad te, qui om-  
nes vocas ad te, & solus mihi sufficis. Quid  
enim mihi est in Cælo, & à Te quid volui  
super terram, Deus cordis mei & pars mea  
Deus in æternum?

Ut cum Sanctis tuis, licet illorum confor-  
tio sim indignus, à Tua tamen infinita Bo-  
nitate ad illud admissus. Laudem Te Deum  
Salvatore[m] meum *In secula seculorum, Amen.*

Ah quando veniam mi JESU, & appa-  
rebo ante faciem Tuam!

DE MISSA.

**M**issa, nihil est aliud, nisi Commemoratio Pas-  
sionis

tionis Christi Domini, & renouatio Sacrificij eius in Cruce. Quotidie in Ecclesia celebratur, quod semel in Monte Calvarie factum est. Nihil potest esse Deo dulcius, quàm attente & deuotè Missam audiendo: ut verò perfecte audiatur, Intentiones nostræ cum intentionibus Ecclesie Celebrantisq; sunt unienda. Deo Patri eius Filius est offerendus. Cor nostrum cum Corde Iesu Christi est unendum, ut rumq; offerendam Deo Patri.

Quotidie, in horas & momenta offendimus Diuinam Majestatem; quomodo pro peccatis sufficiemus iustitiæ Diuinæ, si ei Passionem & mortem Salvatoris nostri, in recompensam penarum inferni, quas iuste meremur, non offeremus? Omnes mortificationes pœnitentium, dolores Martyrum, Passiones, afflictiones, miseriæ nostræ, ne minimum excolunt adequatè debitum peccati; nec quidquam merentur sine merito Christi Domini: Missa verò totum nobis Communicatur. Summa horum est possibilitas de fide: non posset Deus ferre tot peccata mundi, si non videret in medio Civitatum etiam sceleratorum, Filium suum pro nobis in Altaribus oblatum. Videt hoc pretiosum sacrificium, retinet à pœnis manum. Si peccata nostra clamant vindictam ad callum contra nos? de terra Sanguis Iesu Christi clamat misericordiam pro nobis. Adoremus itaq; Filium Dei in Sanctissimo Sacramento sub specie panis existentem: comparcamus coram illo anto aliare,

altare, offeramus sacrificium purum & Sanctum  
 Matt: 1. Credamus hinc realissimam esse SS. Trini-  
 tatem iuxta illa verba Christi Domini. Ioan. 14.  
 Qui videt me, videt & Patrem meum.

Meditatio Passionis Christi Domini  
 audiendo Missam.

**N**on vanè dicitur, Audire Sacrum, Missam  
 Audire, & non cum alijs discurrendum, quia  
 Domus mea Domus orationis mea, dicit Do-  
 minus: si verba Celebrantis non audis, vel igno-  
 ras; sufficit, attendas cum devotione recogitando,  
 quia Christi Domini vides Passionem. Et sic con-  
 siderando Eius Passionem cum compassione, excitato  
 pro peccatis dolore & amore erga Deum, qui ipsum  
 traxit in Crucem ne tu pereas. Crede, affecuro, nul-  
 las Orationes, Devotiones, &c. esse efficaciores, &  
 Deo acceptabiliore, Missæ Sacrificio. Itaq; sic ores.

1. Cum Sacerdos accedit ad altare: con-  
 sidera Christus. it cum Discipulis Orare ad Hortum.  
 Pete Spiritum S. ad devotionem obtinen-  
 dam.

2. Stat ante altare in Introitu Missæ. JE-  
 SUS in Horto Orat: Pete ut omnes tuæ Ora-  
 tiones sint efficaces coram Deo.

3. Dicit Confiteor. Iesus Sanguine sudat  
 procidens. Ora pro agonizantibus.

4. Ascendit ad Altare, & osculatur illud.  
 JESUS osculo Iudæ traditur, Ora pro Chipoc-  
 critis:

critis: & in corde tuo nescit fraus & dolus.

5. Venit ad Cornu Altaris. JESUS ducitur ad Anam. Pete ut te conservet & defendat à Captione Inimicorum tuorum Corporis & Animæ.

6. Dicit Introitum Missæ. JESUS alapa ceditur apud Anam. Pete ne propter veritatem timeas iniurias exemplo Christi.

7. Dicit Kyrie eleison, &c. JESUS ad Caipham ducitur, & S. Petrus ter ipsum negavit. Pete veram Fidem.

8. Dicit Dominus vobiscum. Quia Iesus respexit Petrum, flevit amare. Pete ut te Respiciat Dominus pro assequenda vera Contritione.

9. Recitat Collectam & Epistolam. JESUS coram Pilato: Pete ut te Deus conservet à litigiosis, & iudicio iniquo.

10. Venit in medium Altaris, & recitat Evangelium. JESUS ad Herodem ducitur. Pete, ne propter respectus mundi, amittas gratiam Dei, nec in derisionem hominum incidas.

11. Calicem disponit. JESUS ad flagellationem denudatur. Pete benedictionem, & per denudationis eius pudorem, remittantur iniquitates & recta sint peccata tua.

12. Offert Hostiam, & Calicem. JESUS flagellatur. Pete, ut quævis pœna à te avertatur.

13. *Calicem tegit.* JESUS Coronatur. *pete averti à te malas cogitationes, & det tibi patientiam in adversis.*

14. *Lavat manus.* Pilatus excusat suam innocentiam. *Pete sine simulatione rectam conscientiam.*

15. *Dicit, Orate fratres.* JESUS à Pilato Iudæis traditur, dicente, *Ecce Homo.* *Pete, ut cognoscas nibilitatem tuam & mundi.*

16. *Post Sanctus, ad memento.* JESUS ducitur ex Civitate, & pulsatur ei Campana, uti morti condemnato. *Pete ut te ipse Deus ducat in viam veritatis & justitiæ.*

17. *Manus super Oblationem tenet.* Veronica ad JESUM venit obuia. *Pete, ut Deus te confortet in omni bono proposito tuo.*

18. *Multas facit Cruces.* JESUS ad Crucifixionem disponitur, extenditur, crucifigitur &c. *Ora, pro omnibus Paganis, Hereticis, infidelibus, & peccatoribus.*

19. *Elevatio Hostiæ.* JESUS Crucifixus sursum elevatur de terra. *Pete, ne sis in Contemptu seculari scandalosus, nec erubescas in æternum.*

20. *Elevat Calicem.* Sanguis ex Vulneribus Christi fluit. *Pete, ut sit in emundationem anime tuæ.*

21. *Dicit, memento pro Defunctis.* JESUS orat pro populo submissè & clarè pro Inimicis

micis. *Ora, pro omnibus amicis & Inimicis tuis.*

22. *Dicit, Nobis quoq; peccatoribus, & percutit pectus. Latro conversus est ad Christum Ora, pro omnibus in peccatis perseverantibus, ut Convertantur ad Dominum Deum suum.*

23. *Dicit, Pater noster. Septem verba Christi Domini in Cruce. Pete septem dona Spiritus Sancti.*

24. *Frangit Hostiam. Christus in Cruce moritur. Pete Felicem mortem.*

25. *Particulam Hostie mittit in Calicem. JESUS descendit ad inferos. Ora pro omnibus fidelibus defunctis.*

26. *Circa communionem suam percutit pectus. Dicunt, Hic est Filius DEI vivi. Pete continuam professionem fidei & pro articulo mortis tue.*

27. *Communicat. JESUS sepelitur. Pete, ut tibi semper assit Deus.*

28. *Post Communionem Ablutio. JESUS ungitur aromatibus. Pete, ne vlla macula cadat in te, & sis purus coram Deo & Hominibus.*

29. *Post Communionem in cornu altaris recitata Orationem. Resurrectio Christi Domini. Pete, ut resurgas à peccatis & sis novus homo.*

30. *Dicit, Dominus vobiscum ultimarie. Ascensio Domini in Cælum, Pete, ut Cogitationes tue, nisi sint pro Deo & æterna felicitate.*

31. *Benedicit post Ite Missa est, Spiritus Sancti*

ai N  
E  
32  
MA  
tur P  
ranti

1. E

Omi

2.

inter

Sang

sceler

inter

zimu

3.

mine

Matr

mitte

4.

quod

5.

liber

6.

man

tis,

ctior

Et Missio. *Pere, benedictionem à Domino Animæ & Corporis.*

32. *Sacerdos ab Altari recedit.* Beatissima MARIA Virgo, cum S. Ioanne revertuntur post sepulturam Domum. *Ora pro Itinerantibus & Domesticis tuis.*

*Meditationes ante Communionem.*

1. **E**leva mentem ad DEUM, & puta te videre Eum, cum B. M. V. Angelis & Omnibus Sanctis.

2. Procide mente ad pedes B. M. V. pere, intercessionem ad Filium, ut Corpus ejus & Sanguinem dignè suscipias. Puta, propter scelera tua nolle te exaudiri à Deo, sed ad intercessionem Beatissimæ & SS. jam te proximum gratiæ.

3. Puta te audire DEUM Patrem in Nomine Filij sui uti Mediatoris, per amorem Matris ejus, & pro meritis OO. SS. tibi promittere JESUM Christum.

4. Exulta, & gratias age SS. Trinitati, quod in hac una persona accedat ad te.

5. Admirare tantam Dei Humilitatem & liberalitatem ex amore erga nos.

6. Sacerdotem, puta esse Angelum ex manu Beatissimæ MARIE JESUM Majestatis, Dulcedinis, Gaudij, & omnium Perfectionum plenum tibi offerentem.

7. **Eo**

7. Eo momento Communionis puta Angelos tibi aperire cælos. JESUS de sua Majestate Majestificus ad te procedit & dicit tibi. *Ecce adsum mi Anima! ipse ad te venio! quid amplius desideras à me.*

8. Summo cum desiderio, & profunda humilitate invoca JESUM, ut eo ad te veniat modo. *Veni Domine in Patientia, & dele peccata mea. Veni in humilitate, quia mendicus sum & pauper in virtutibus. Veni cum liberalitate ut me donis tuis dites. Veni affabilis ut diffundatur Cor meum Veni in amore ut me tibi accendas.*

9. Dum jam Communicas Credas (quod est verissimum) esse realem Christum, Deum & Hominem, Corpus & Sanguinem ejus in Ore tuo. Cogita protunc te esse Templum Spiritus Sancti, triclinium SS. Trinitatis, singulare Sacrarium Filij DEI.

*Actus ante Communionem.*

**O** Amor, vim patior, responde pro me! quid dicam Deo vitæ meæ? quo tuam inclinas Majestatem? vnde mihi ut tu venias de Templo S. gloriæ tuæ Deus de Deo, & quò? ad me speluncam latronum, serpentum habitaculum, cloacam fœtidam, vas contumeliæ, toties fœdatum, licet toties in Sanguine tuo lotum! ad me leprosum & fornicantem Sponsam, quæ pro dilectione odium,  
pro

pro beneficijs maleficia tibi reddidit. O Amor! quo ducis fontem Sapientiæ? stupet cælum, mirantur Angeli, certè usq; ad abyssum miserix & malitiæ meæ. Quis credat mi JESU, eò te in amore progressum? ut mihi prodigo filio tuo, ad te reverso des Carnem tuam & Sanguinem? unde comedam & bibam? ô flos Campi! ô lilium Convalium! ô Panis Angelorum! quomodo factus es pabulum bestiarum. Ideone Domine venies ad me, quia te, amorem summum toties peccatis meis calcavi, sprevi, & crucifixi. Quæ pars animæ meæ munda est, in qua te potero sepelire? quid os meum nisi sepulchrum patens, de quo nihil præter fœtores peccatorum meorum procedit? quid cor meum nisi abyssus iniquitatis? an fortè Domine vis iterum in stabulo bestiarum nâci? an denuò vis Crucifigi? an denuò ad inferos descendere? Non sum dignus Domine ut intres sub tectum meum cordialiter tibi dico, dico millies undequaq; mi JESU, conspectu tuo sum indignissimus. Indignissimus, quia sum vas sordidum, esca vermium, putredo & cinis. Indignissimus, ob execranda facinora, nequitiam & malitiam meam. Indignissimus, ob abusum naturæ & gratiæ, spretum Sanguinem tuum, tuam divinam Clementiam pessundatam.

fundatam. Indignissimus sum ob peccata, quæ provideas Deus meus, ne ea in posterum committam. Ergo nec oculos, nec cor audeo levare ad te Pater Sancte, quia peccavimus in cælum & coram te, quia omnibus peccatoribus, ac ipsis damnatis doterior sum. Nec expedit hanc pretiosam cæli gemmam ante me porcum proijcere. Et non est bonum Domine sumere panem Angelorum & mittere canibus Scio tamen mihi JESU! quia etiam catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum, ideo & ego miser & indignus catellus tuus Domine, pedes tuos sacros lambens, Corpus tuum esuriens, & Sanguinem sitiens clamo post te: da mihi dulcis JESU amor meus micas panis vivi, qui de cælo descendis ut refocilletur anima mea.

*Desiderium ante Communionem.*

**O** Pater amantissime! monstra te esse Patrem! ostende mihi filium tuum, & sufficit mihi. Quid enim mihi est in cælo, & præter Eum quid volo in terra? ille Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Adjuro te Mater misericordiæ Beatissima MARIA Virgo, & vos animæ beatæ; nunciate dilecto JESU, quia amore langueo, præ magno, faciei eius videndæ, desiderio. **O**

mi

mi JESU suavissime, spes suspirantis animæ,  
 te quærunt piæ lacrymæ, & clamor mentis  
 intimæ. Desidero te millies mi JESU, quam  
 do venies? me lætum quando facies? Que-  
 madmodum desiderat cervus, ad fontem  
 aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus  
 O JESU! ne patiaris me diutiùs præ tui a-  
 more & desiderio languere in itinere. Alij  
 alia quærant, te solùm ego mi JESU quæro,  
 te solùm mi JESU desidero. Hoc millies di-  
 cam, hoc millies repetam: Deus meus &  
 omnia! quid enim possum extra te desidera-  
 re, cum in te sint omnia? nimis avarus est,  
 cui tu non sufficis. Veni obsecro Domine &  
 noli tardare. Veni, descende priusquam mo-  
 riar ò vita mea ut vivam. Desidero te mil-  
 lies, in quem desiderant Angeli prospicere,  
 cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur.  
 Veni Domine in Domum tuam, templum  
 tuum, animam meam, non meam sed tibi  
 propriam, siquidem Sanguine tuo ibi redem-  
 ptam, quam tibi millies dedicavi & dedico  
 toto corde meo. Absorbeat me nunc im-  
 mensa & melliflua vis amoris tui: ut amore  
 amoris tui moriar, qui amore mei dignatus  
 es mori. Veni mi JESU dulcissime! Veni  
 JESU suavissime & maneat in me, ut videam  
 te, amem te, ardeam: liquecam, consumar,

T

&amp; con-

& confumer in te. Veni, veni, & veniat tecum obsecro illa multum desiderabilis bonitas, mansuetudo, charitas, & misericordia tua, per quam excusetur & juvetur miseria mea.

*Accessus ad Communionem.*

**O** Anima mea! en Sponsus tuus! en amor tuus! divertit in pauperulum diversorium cordis tui! en caelestis medicus accedit ad sanandum te! en amicus millies dilectissimus ditare vult extremam paupertatem tuam! & Sol amabilissimus illuminabit densissimas tenebras tuas. O pietas! ô bonitas! ô misericordia mea! ô utinam mi JESU nunquam te offendissem, utinam te semper & unicum amassem. Veni ergo bone JESU! veni Sponse animæ meæ! veni ad me & non spernas pauperulam animam meam. Veni ô unice Amor meus! Paratum cor meum DEUS; paratum cor meum.

*Post Communionem mente & corde.*

**O** Domine meus, & Deus meus! quid mihi tibi ô JESU Fili MARIÆ Virginis? ô res mirabilis, manducat Dominum pauper servus & humilis! Quis sum ego servus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei? Jam jam quodquæsi habeo, quod concupivi teneo, Deum meum  
possi-

possideo, ô magna optima possessio, ipsum Deum habere! summo bono gaudeo, cur jam corde non ardeo? O quam dulcissimus & verè suavissimus est panis iste, plus milles gratissimus quàm dicere sufficimus, O Pater! dono tibi Cor JESU! ô JESU, dono tibi Cor MARIÆ, dono tibi cor meum indignissimum. O JESU! osculor vulnera tua, osculor pedes tuos! ô JESU amo Te ex toto Corde, utinam non meo amore, sed ardentissimorum Seraphinorum. Ave dulcissime JESU amor meus! ave dulcedo cordis mei. Avete venerabiles manus pro me crucifix. Ave latus speciosum pro me vulneratum. Ave cor suavissimum mi JESU. Moriar mi JESU moriar inter desideratissimos amoris tui amplexus. O JESU gaudeo de omni bono & gloria tua. O JESU omnia peccata mea & totius mundi Commissa, quantum possum detestor propter te. O JESU, esto mihi JESUS & Salvator nunc & in hora mortis meæ. O Domine, totus sum tuus eroq; in æternum, sicut tu totus meus esse voluisti.

*Oratio post Communionem.*

**O** Pater misericordix, & Deus totius Consolationis, qui multum dilexisti Humanam omni Creaturâ. Non sufficit, quia te homo

homo plùs offenderat quàm Diabolus, qui nullo habito à te præcepto, neq; præcautus, sed idem, à te sibi data pulchritudine, opere tuo superbiens, semel tantùm peccavit: primus verò Parens noster, habito expresso præcepto Divino, & oretenus ab ipso Deo præmonitus, ultro peccavit. Insuper post hac, & hucusq; ô quàm gravissimis sceleribus offendimus te. Tamen tu Domine protestatus es, quod sint delitiæ tuæ esse cum filiis hominum, ut alacrius curramus in odorem unguentorum tuorum, & confidentius ad te accedamus, ut filij ad Patrem, Patrem se dici mandasti. Quod majus! ut semper nobiscum ex infinito & inexhausto amore tuo maneat, Unigeniti Filij tui Corpus & Sanguinem ad manducandum dedisti nobis Deum & Hominem, ut ipsum nobiscum & intra nos habeamus, teneamus, & possideamus: ut omnis qui Credit in te, habeat vitam æternam. O amor Dei mei! quid dicam? Ecce miser peccator factus sum particeps Corporis, & Sanguinis tui. Jam te habeo qui possides omnia, teneo te ut bonum meum proprium. O benignissime Pater! itaq; offero tibi JESUM Filium tuum, omnes eius amores, honores, obedientiam, humilitatem, paupertatem patientiam, & cum omnibus eius meritis & virtutibus, ut

pro

pro me in omnibus meis imperfectionibus tibi sufficiant. Et quia sufficienter non possum tibi gratias agere pro omnibus beneficijs tuis, offero tibi omnes laudes & glorias, quas ipse tibi offerebat nobiscum conversans, & quæ tibi nunc ex humanitate sua in cælis offert. Etiam & satisfactio est tibi à me impossibilis: offero tibi omnes eius labores, jejunia, orationes, & hæc omnia, quidquid à Conceptione tua in utero Beatissimæ, usq; ad emissionem Spiritûs sui in Cruce fecit: omnes illius dolores; passiones, afflictiones; tribulationes; totum effusum eius Sanguinem vulnera, ad extremum mortem pro me offero tibi. Ecce hic est Pater thesaurus, ubi spes mea est tota, hæ sunt divitiæ quas tibi offero, eis peccata mea cupio redimere, quia sunt tibi perfecta satisfactio. Respice sancte Pater faciem Christi Filij tui, qui nunc est unitus mecum; ille est in me, & ego in eo, humiliter quæso, ut etiam & me cum Filio respicias oculis misericordiæ tuæ. Sub protectione & umbra meritorum ejus coram te compareo, ut eum respiciens, mihi benignus & misericors esse digneris, sicut mancipio & servo ejus. Non permittas quæso ut hæc pereat anima, quæ toties suscipit intra te Filium tuum, indignè quidem, sed & ille

ille venit in mundum non vocare justos, sed peccatores quærere, & quod perierat non perdere. Ecce volo & sincere desidero quàm perfectissime vivere juxta te. Sed Domine, voluntas quidem propria est mihi, sed executio longè est à me, quia in Carne mea lex est contraria legi Animæ, siquidem quæ desidero non exequor. Tu solus duc me in semitas tuas, & in viam veritatis mandatorum tuorum, quia sine te nihil boni facere possumus. Laudem, gloriam, sanctitatem & benedictionem, non requiro à te, sufficit mihi Gloria tua. Miserere Parentibus meis, Consanguineis, Amicis, Benefactoribus nostris, tum NN. & pro quibus orare desidero & teneor. Etiam & Inimicis meis miserere, ut sciant quid faciant, & redeant ad te. Communica ipsis merita Corporis & Sanguinis tui in remissionem peccatorum effusi. Et fidelium Animæ requiescant in S. Pace, A.

*Hofij Cardinalis post Communionem.*

**C**aro tua, ò Iudex vivorum & mortuorum! Sanguis tuus sumus, membra tua sumus, qualiacunque, tamen tua sumus. Carnem tuam igitur ne despexeris, carnem tuam odio ne habueris, carnem tuam ne condemnaveris. Nulla est alia spes, nisi quia tua Caro nostra est, & quod nos Caro tua sumus Non gloria-

gloria  
gloria  
mus  
passu  
pecca  
si me  
tibi  
fux,  
nostr  
bis p  
dign  
judic  
tribu  
sunt  
Cor  
in vi  
Hæc  
tuum  
cusa  
tres  
justi  
Sed  
rico  
tuu

A

gloriamur de nostris meritis, in hoc solo gloriamur & confidimus, quod membra sumus illius Corporis tui, quod pro nobis passum, Crucifixum, mortuum, abundè pro peccatis totius mundi satisfecit. Quamobrem, si merita à nobis quæris, ecce proferimus tibi meritum passionis tuæ, meritum Carnis tuæ, meritum mortis tuæ. Hæc sunt merita nostra, quæ tu Clementissime Domine nobis pro immensa bonitate tua communicare dignatus es; & secundum hæc merita à te judicari postulamus. His meritis freti coram tribunali tuo nos intrepidi sistimus. Nostra sunt, quia nostri sunt Capitis, nostri sunt Corporis, cui per lavacrum regenerationis in virtute Sanguinis tui incorporati sumus. Hæc merita ponimus intra nos & iudicium tuum, aliter Iudicio tecum contendere recusamus, protestamur, & rogamus, ne intres in Iudicium cum servis tuis, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Sed fac nobiscum secundum magnam misericordiam tuam, cum misereri ac parcere tuum est. Qui vivis &c.

*Oratio S. Thomæ Aquinatis ad S. S.  
Sacramentum.*

**A**Doro Te devotè, latens Deitas,  
**Q**uæ sub his figuris verè latitas:  
 Tibi

Tibi se cor meum totum subijcit;  
 Quia te contemplans, totum deficit  
 Visus, gustus, tactus in te fallitur:  
 Sed auditu Solo tutò creditur.  
 Credo quidquid dixit DEI Filius,  
 Nil hoc Verbo Veritatis verius.  
 In Cruce lacebat Sola Deitas,  
 Sed hic latet simul & humanitas.  
 Ambo tamen credens atq; confitens,  
 Peto, quod petivit latro pœnitens.  
 Plagas sicut Thomas non intueor;  
 Deum tamen meum Te confiteor.  
 Fac me Tibi magis semper credere:  
 In Te spem habere, Te diligere.  
 O memoriale mortis Domine!  
 Panis verus vitam præstans homini,  
 Præsta meæ menti de Te vivere,  
 Teq; illi semper dulce sapere.  
 Pie Pelicane JESU Domine,  
 Me immundum munda Tuo sanguine,  
 Cuius vna stilla salvum facere  
 Totum mundum quit ab omni scelere.  
 JESU, quem velatum nunc aspicio  
 Oro fiat illud quod tam sitio?  
 Ut Te revelata cernens facie,  
 Visu sim beatus Tuæ gloriæ?

PETI.

PETITIO.

**B**enignissime JESU, à quo manant in nos omnia bona, à quo omnia à nobis mala arcentur. Averte à me omnem vanitatem, mentis elationem, carnis libidinem oris licentiam, contemptum inopum, avaritiæ ardorem, & quicquid demum Divinæ Majestati tuæ displicet; ut tibi Deo meo in veritate serviam, & in corde perfecto laudem, & glorificem in sæcula, Amen.

*Commendatio sui.*

**C**ommodo me tibi, ô bone JESU! intra mellissimum cor tuum absconde me, nec permitte me in æternum separari à te. Sis mihi in vita solatium: in morte viaticum: in æternitate præmium. Id rogo te pro me, omnibus amicis & inimicis meis, per lachrymas, sudorem & sanguinem tuum, Amen.

*Petitio Benedictionis.*

**B**enedic mihi Domine JESU cum Patre & Sancto Spiritu, vberemque largire gratiam amplectendi semper, & in omnibus, nunc & in hora mortis tuam Sanctissimam voluntatem, Amen.

*Quid sit hoc Sacramentum, & quo fine à Christo institutum?*

**D**eclarat hoc Concilium Tridentinum  
Sess. 13. c. 2. Salvator noster descensurus  
ex

ex hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc instituit; in quo divitias Divini sui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum: & in illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit, tuamq; annuntiare mortem, donec ipse ad iudicandum mundum veniat. Sumi autem voluit Sacramentum hoc, tanquam spiritualement animarum cibum, quo dentur & conserventur viventes vita illius, qui dixit: qui manducat me, & ipse vivet propter me.

*Quid post Communionem faciendum?*

**M***ira Sacra Eucharistiæ est virtus, qua pijs meditationibus ac præcipuis in gratiarum actionem præstitis elicitur, sese in nos effundit, tanto copiosius, quanto prolixius, & ardentius nos devotioni impendimus. S. Cyrilli Alex: opinio est. Judas, nisi impulsu Diaboli, sumpta Carne & Sanguine Domini sui statim sese aula & Domo Cœnæ proripuisset gratijs agendis, pioq; Apostolorum sermone neglectis, fortassis in agnitionem conceptæ prodicionis & sacrilegæ Divini Mysterij participationis ejusdem virtute pervenisset. Si & tu ab hoc Sacramento fructum non referas, causa est, quod post eius sumptionem gratiarum actioni quâ par est, devotione te non impendas. Huius instituenda modos tibi aliquos subjungo.*

I. Imitare

1. panibus  
gratias  
Panc h  
Sanguis  
Anim  
sus ac  
2.  
convoco  
benevol  
mnes,  
actione  
exult  
Dom  
3.  
ut tec  
date L  
4.  
miseri  
tuum  
manu  
( id e  
2. 19  
5.  
bus q  
re tibi  
eius.  
qui se

1. Imitare quinq; illa hominum millia, q; panibus quinq; hordeaceis pasti, Christum in signum gratitudinis Regem creare voluerunt. Quinta, non Pane hordeaceo, sed Angelico, Carne videlicet & Sanguine Christi pastus, eundem Regem Cordis & Animi tui constituis, eiq; imperium in omnes sensus ac facultates tuas tradis.

2. Patrem familias imitare, qui proles omnes convocat, jubetq; harum hospitem domi suæ salutare, benevoleq; excipere, ac honorare: sic in sensus omnes, animiq; facultates ad laudes gratiarumq; actiones convocabis, aut similibus verbis. Venite exultemus Domino, vel, Benedic anima mea Domino. & omnia quæ intra me.

3. Angelos in vita, omnesq; Creaturas, ut tecum laudent & glorificent Deum, Laudate Dominum de cælis &c.

4. Aperi Christo omnia animi tui arcana ac misérias, Immo. Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini. Leva ad eum manus tuas pro anima parvulorum tuorum ( id est sensuum ) qui defecerunt &c. Thren. 2. 19.

5. Totum te offer & dona Christo cum omnibus quæ in tua sunt potestate, nulla ne de minima re tibi reservata. Da altissimo secundum datum eius. Æquum enim est ut te totum tradas Christo, qui se totum in hoc Sacramento tradidit tibi.

ATTRI-

FERIA QVINTA.  
ATTRIBVTA DIVINA.  
Ad MATVTINVM;  
BENIGNITAS DEI.

*Ipsè Dominus Benignus est. Luc: 6.*

**T**U, mi Domine! bonus, diceris, ratione perfectionis naturalis: ratione sanctitatis & beneficentiæ: quæ nominari potest Benignitas; & hæc nihil aliud est, quam quædam naturalis tua propensio, tua bona communicandi cum inferioribus & creatis, pro capacitate cuiusque. O quam verè benignum te demonstras Domine! quia cum nullius indigeres, sibiq; ipsi sufficientissimus esses, nihilominus ex nihilo res omnes creasti, & ex nullitatis abyssò eduxisti, dando essentiam, formam, pulchritudinem, appetitum boni, fugam mali, vires, functiones, impetum, motum, situm, modum, ordinem, perfectionem & terminum: prout cuique illarum commodum est & amabile: & hoc non ob aliquam tuam commoditatem vel utilitatem; sed ut ipsis benè esset, & pro sua quæque capacitate participarent de tuis bonis, gustarentq; fructum tuæ benignitatis. Et idè omnes res te laudant, racitisque vocibus tuam benignitatem celebrant. *Celi enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum &c. Psal. 18.* Sed in genere

re nostro humano facile omnium excellen-  
tissime resplendet tua Benignitas, Tu ad ima-  
ginem & similitudinem tuam creasti nos, &  
charactere vultus tui signasti nos: intelle-  
ctum, memoriam, & voluntatem nobis de-  
didisti, quibus divinæ gloriæ, & beatitudinis  
tuæ capaces efficimur: Divinis insuper au-  
xiliis & ornamentis nos instruxisti, ut mere-  
remur, & consequeremur tam præstantia bo-  
na. Angelos etiam nobis Custodes & Recto-  
res assignasti: tandem totum mundum crea-  
sti, & plurimis bonis instructum pro habi-  
tatione & solatio nobis exulibus donasti. Quid  
maius his beneficiis? quid ista benignitate  
mirabilius fingi & excogitari potest? maxi-  
mè, cum hæc omnia feceris, ut hac ratione  
nos produceres ad cælestes sedes, participesq;  
nos tuæ benignitatis faceres. Ergo, quantus  
sum, & quantum possum, gratias tibi ago, &  
innumerabiles gratiarum actiones refero tibi,  
Domine, pro tam insigni benignitate, &  
omnes Creaturas invito ad te laudandum, &  
benedicendum: *Benedicite omnia opera Domini  
Domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula  
&c.* Gaudeo Domine, quod tam benignus  
sis, & des te metipsum; & quasi abijcias ad  
res viles & infirmas? quod infirma curare,  
adjecta erigere, humilia extollere gaudeas.

Et

Et ubi gravior necessitas paupertas, miseria instat, ibi liberalius opes tuas effundere, & opem propensius adferre soleas: id quod proprium est veræ Benignitatis. Doleo, & pœnitet me non imitatum fuisse tuam istam Benignitatem; quia fui sævus, asper, impius erga proximum meum: nec bona fortuna vel animi in auxilium proximi converti; sed sæpius contrarium feci. Ideo nunc toto corde humillime à te veniam peto, & propono, te adjuvante istud inhumanitatis vitium emendare, & esse benignus, suavis, & amabilis erga omnes, idq; studio imitandæ tuæ Divinæ benignitatis. Quia ab ista tua Benignitate proximè, & immediatè provenit amor, tuus, & diffunditur in omnes Creaturas quamvis bonâ tua cum illis esse communia. Quare obsecro, velis igne isto accendere cor meum, ut fiam benignus, & charitate plenus, Amen.

## Ad VESPERAS.

Providentia DEI,

*Ecce Domine, tu cognovisti omnia novissima  
& antiqua. Psal. 138.*

**P**ROvidentia tua Domine, gubernat omnia, à summo cælo usq; ad infimas partes terræ; à supremo spiritu usq; ad abjectissimum

simum vermiculum. Hæc, ab æterno omnes res cogitavit, concepit, distinxit, apteque disposuit sine lege istius nihil prorsus oritur, nihil moritur, nihil operatur, movetur, quiescit. Hinc omnia, quæ carent ratione, tanta cum ratione operantur, & tam ordinatè tendunt ad finem suum; homine excepto: quia donatus à te libero arbitrio, ipsomet abutens, longissimè sæpè recedit ab ordine Divinæ, & particularis tuæ Providentiæ, proponendo sibi alios fines, contrarios illis, quos ille ipsi constituit. Neq; ideo tamen ab universali tua Providentiâ se subducere potest, cum incidat in justas pœnas, peccato, & peccatoribus decretas: quo fit, ut etiam in improbis Ordo Divinæ tuæ Providentiæ mirè respondeat. Væ mihi! qui toties quæsi subducere me à Paterna Providentiâ tua, & vivere volui secundum impudens iudicium meum: & ideo, dum volui subterfugere voluntati tuæ Divinæ Providentiæ manum, quæ me ducebat ad vitam; in mille pericula, errores & peccata impegit, simulq; incurri justissimas pœnas, consulendo Providentiæ tuæ miseris peccatoribus constitutas ad gloriam infinitæ justitiæ tuæ: quam, dum stolidè me proripiebam à Benignitate & Misericordiâ tua, vel invitus incurrebam: & , ô me miserum!

rum! thesaurisabam mihi pœnas Iustitiæ. & dum subtrahere me volebam suavi jugo Divinorum tuorum præceptorum, submittebam me durissimæ servituti dæmoniorum: & dum spernebam æterna præmia, promerebar æterna supplicia. O stultitia, sanguineis lachrymis deploranda! pœnitet; ah toto corde pœnitet! humillimeq; à te veniam peto.

Obsecro te Domine, per omnia mirabilia dulcissimæ Providentiæ tuæ, aufer à me hanc stultitiam, & da gratiam quâ semper ante oculos geram, tuam illam providentiam: ut quidquid prosperi vel adversi acciderit mihi, ab ipsa mihi provenire intelligam, idq; de manu tua pro magno beneficio accipiam. Hæc mea sit in adversis prima consolatio. Hæc in terroribus ingeneret mihi fiduciam, in periculis securitatem, in arduis fortitudinem; in rebus adversis patientiam, in perturbationibus tranquillitatem animi; in futurorum expectatione quietem. Hæc auferat à me omnem sollicitudinem ut à sola benignitate Providentiæ tuæ securus dependeam. Hæc dirigat omnes res meas, easq; gubernet usq; in finem, prout novit expedire ad gloriam tuam, & meam salutem. Quibuscunq; mediis uti voluerit, prosperis an adversis: honore an ignomiâ, infamiâ an bonâ famâ: abun-

abundantiâ: an penuriâ infirmitate an fanitate: vita an morte. nihil recuso, nihil repudio: quidquid elegerit ipsa, id rectissimum & consultiſſimum iudico, & ut gratissimum exosculator. Hoc unicum enixum desiderium & votum est, voloq; ut semper sit facere, dicere, cogitare, mi Domine, sicuti tu iudicas utilius esse ad gloriam tuam, & meam salutem, ut in omni æternitate Te contempler, admirer, amem, honorem, laudem, benedicam in omnibus rebus, & super omnia, A.

### Meditatio contra Gulam.

**L**icet Dominus ex propria sua bonitatis liberalitate, omnia omnibus provideat. in singulari tamen Hominem habet respectu, omnia subiecit sub pedibus ejus, & Providentia tua Divina, procurat ipsi necessarias. Ideo ne tu Gulosè. cujus est venter Deus, teneris his abuti? Vis scire, quam est detestanda Gula? interroga bestias, bruta animalia, licet careant ratione, respondebunt tibi suo actu, quia ultra necessitatem neque pabuli, neque potus indigent quidquam. Interroga & epulantes, lautas habentes mensas, ebriones; nullum est tam felix convivium, quo sint contenti omnes: Pro tua liberalitate, affectus contestatione, cura, impensis & c. si tibi contemptu ex nunc non sufficiunt, sufficientium

lumnijs, irrisionibus, murmure, detractio: Et hinc deficient opes, reputatio, deficiet Et valetudo; dic hoc esse lucrum cessans Et damnium emergens. Ad quid tibi multitudo Piscatorum Lanionum, Piscorum, Cycorum? qui de manibus sui sudoribus sordibusque semiplenis exprassos exhibent tibi Cibos Et varia excogitant mixta sercula? ad quid per mensam illa stationes, acsi castrorum acies ordinata, ut venter omnia debellet, devoret, vincat? Et nescis, utrum conducat tibi: facius, ut sis aptior sarcina vermicum. O amentia! o stultitia! saltem, cur non curas ut bene valeas, nec times varias inde occasiones infirmitatis, si non est tibi Cura Anima! quot sunt manuum tremores, fluxus oculorum, putredines gingivarum, fetores oris, capitis dolores! quot? Asthma, Tusses, Hydropes, Cordis palpitationes, Et c. mortes Corpori, Anima inferni? ad hoc ne suo pretio hac mala sunt conquirenda? Utere bene Christiane non abutere, quidquid habes a Domino Et recordare te omnium ut Villicum, coram Domino strictissimas redditurum rationes. Et credas, quod anima Et Corpori conducat dieta, moderata vita. Vis autem epulari, Et convivia lautus fructuosè comparare? bonaq; alijs quae habes a Domino communicare? fiat, sed modèstè, absq; tuiq; Proximi importunitate, damno Et sine luxuria. Sed optimos habeas commessatores, Pauperes necessitates Consanguineorum Amicorum Et inimicorum.

corum,  
tia Et  
domi t  
fecerit  
peribu  
DEL.

M  
cister  
nas di  
verè  
paner  
bente  
trem  
Adhu  
rael,  
mibi  
intem  
simili  
utinari  
nem  
mifce  
facere  
tua p

FERIA QUINTA. 312

corum. *Minori sumpta contentantur, de precedentia & loco non disputant, & tu inquiete securius domi tuæ manebis. Insuper, quidquid propter istos fecerimus, in Cælo copiosa merces. Una mica Pauperibus à mensa tua data, non sterilefcit in manu DEI.*

## Oratio contra Gulam.

**M**E miserum! qui te, Domine DEUS, fontem aquæ vivæ reliqui & mihi fodi cisternas delectationum terrenarum, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas! verè oblitus sum comedere panem meum, panem vitæ, omne delectamentem in se habentem, & omnis saporis suavitatem, ventremq; porcorum filigine implere studui! Adhuc escæ erant olim in ore Filiorum Israel, cum ira Dei descenderet super eos: & mihi toties est partitum, qui cibi potusq; intemperantiâ, tuam, DEUS, imaginem & similitudinem brutis non rarò similem feci! utinam in posterum cinerem tanquam panem manducem, & potum meum cum fletu misceam! cibisq; meus fit, tuam in omnibus facere voluntatem, qui torrente voluptatis tuæ potabis nos, Amen.

FERIA QUINTA.  
MEDITATIO,

*Feria Quinta, de Beneficijs Divinis.*

PUNCTUM I.

CONsidera ab æterno Deum in te, præ tot  
Calijs, oculos suos coniecisse & ex nihilo  
ad æternam salutem creare decrevisse. *Ierem.*  
31. *In charitate paterna dilexi te, ideo attraxi te  
miserans. Re ipsa deinde produxit te. Tem-  
pore gratiæ, loco Catholico, parentibus pijs &c.*  
peccanti pepercit, de tot periculis eripuit,  
in viam salutis induxit &c.

AFFECTVS, *Misericordias Domini in æter-  
num cantabo. Psal. 88.*

PUNCTUM II.

CONsidera, Deum Sacramenta Baptismi. Pe-  
nitentiæ instituisse, ut illis à peccatis libe-  
remur, non ob suum sed nostrum comodo-  
dum, ipse enim bonorum nostrorum noi-  
indiget.

AFFECTVS, *Benedic Anima mea Domino*

PUNCTUM III.

CONsidera incomprehensibilem DEI amo-  
rem erga nos in Sanctæ Eucharistiæ in-  
stitutione, quod seipsum nobis in cibum &  
potum dat. *Non est alia ratio tam grandis, qui  
habeat Deos appropinquantem sibi, sicut Deus ad  
nobis. Deut. 4.*

AFFECTVS, *Quid retribuam Domino pro omni-  
bus qua retribuit mihi. Psal. 115. DE-*

DEVOTIO  
FERIA SEXTA,  
LAUS DEO,

Per Vitam, Passionem, & Mortem Domini  
nostri JESU Christi,  
MEDITATIO.

**N**ihil est profecto tanto emptum pretio Animam  
nostram, pro qua JESUS dedit Animam suam.  
Meruimus infernum: Diaboli, & tota Creatura  
contra nos instigat, clamat vindictam. Iesus non  
attentis his vocibus, solum Cor suum audit pro  
nobis intercedens; & misertus est nobis, ad mini-  
mam guttam pro salute nostra effuso sanguine. Et  
exinde, si ad Deum Patrem ut Creatura ad Crea-  
torem suum, non pertinerem eius pertinere mus ad  
Iesum uti Redemptorem nostrum, cui sanguine ejus  
empti sumus ipsi; teneremur esse grati tanti ejus  
beneficij. Si vitam pro vita non retribuimus  
i: i saltem amorem pro amore. Projiciamus sine car-  
ne cani, vel micam panis, statim me sequitur, blan-  
dit, intendit oculos: Christus Iesus dat mihi Co-  
pious gratias, Corpus & Sanguinem suum, se in-  
tegrum, merita sua, & innumerabilia beneficia,  
& sic ego recipio de manu ejus omnia a se ex debito,  
& necessario tribuat mihi? Disce ergo  
a bestiis obligationem ingrata Anima, non humana!  
Canis sit magister tuus simul & Iudex; si te exem-  
plum

plum bestie non corriget, pejor eris Canē & irrationabilibus animalibus. Tam prouum Cor habemus erga Amicos quos diligimus; tam cuiusvis affectus & beneficij actus, licet non de proprio communi-cent, sumus grati; ergone propter solū Iesum plura & meliora nobis offerentem lapideum erit cor nostrum? Quis unquam Amicorum plura potuit testari quā Christus? Quid ipsum de calis in patibulum Crucis traxit? Amor. Cur etiam amore non retribuimus Domino? Cur Calicem salutaris non accipiemus, & Nomen Domini non invocabimus? Recogita cum S. Bernardo, si iam non totus pertines ad Dominum, quia te Creauit, quid ipsi dabis pro hoc, quia te Redemit? & redemit summo modo & maximo pretio. Humiliemus nos itaq; coram Domino, & per merita Iesu Christi Filij eius, audeamus dicere.

*Pater noster qui es in celis.*

**O**Pater Domini nostri JESU Christi, qui propter nos non pepercisti unico Filio tuo: qui nec ipse pepercit sibi, tradens semetipsum pro nobis, quia uoluit: & nos dilexit in finem. Omnia vincit amor; an Deum quoque, quo nihil majus & fortius? O vis amoris! nec aquæ multæ potuerunt extinguere charitatem, quin & tu ita velles; & Filius tuus omnem SS. Corporis sui Sanguinem per tot rivos effunderet? Ecce venio ut hauri-

hauria  
toris  
manus  
lius tu  
cuit.  
an tu  
respe  
mentu  
Eva. E  
Sangu  
die co  
pro n  
corun  
Imma  
JESU  
Sangu  
guine  
in San  
saluta  
mea  
rogo

NO  
oport  
norar  
Nomen  
impo

hauriam aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Roseo illius cruore tinctas & imbutas manus ad te in caelum levo. Ecce hic est Filius tuus dilectus, in quo tibi bene complacuit. Respice in faciem Christi Filij tui: vide an tunica Filij tui sit tam pretioso Sanguine respersa. Attende, quare rubrum sit indumentum eius, & deinceps ad nos miseros Evæ Filios, sed iam adoptione tuos, per Sanguinem unigeniti tui, oculos misericordiae converte. An patiemur repulsam, ubi pro nobis clamat non Sanguis Abel, nechircorum, aut vitulorum, sed Sanguis Agni Immaculati IESU Christi unigeniti tui? O IESU dilecte, candide, rubicunde, Sponse Sanguinum, qui redemisti nos Deo in Sanguine tuo, admitte me propitius intrantem in Sancta per Sanguinem tuum. En Calicem salutaris (Sanguinis tui) accipiam, & Nomen Domini invocabo. Itaque ante omnia rogo, ut.

*Sanctificetur Nomen tuum.*

**N**ON enim ô IESU, est aliud sanctius Nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri; & quod magis honorari dignum sit, quam tuum, ô SS. IESU, Nomen, inquam, super omne nomen, quod impositum tibi est in *Circumcisione*, quando iam

iam natus mox pro nobis cœpisti tenellum sanguinem fundere. O fac, incalescat hic sanguis in cordibus nostris, & excitet in nobis zelum & fervorem dilatantem semper gloriam Nominis tui. Sit Nomen tuum, ô JESU, benedictum ex hoc, nunc & semper & in sæculum.

*Advocniat Regnum tuum.*

**R**EX enim es tu, & quidem magnus super omnes deos & Reges terræ. Sed, heu, qualis reputaris ab omnibus! quomodo te Regem honorant, quali diademate coronant, quibus gestibus adorant. Nempe, ut salvo, & ludicro Regi illudunt, plectentes tibi *Coronam de spinis durissimis*, & altè Capiti tuo infigentes. Per huius SS. Sanguinis effusionem, fac in nos perveniat Regnum tuum, ubi nos coronas in misericordia & miserationibus. Et deniq; Regnum tuum illud, ubi gloria & honore coronamur. Id nobis obtineat Sanguis pro nobis in *Coronatione* effusus.

*Fiat voluntas tua.*

**O**JESU, qui voluntatem tuam nostri causâ promptissimè in beneplacitum Patris tui, factus obediens usq; ad mortem resignasti; cum in *Agonia* ad mortem Oliveti tantis premeretur angustiis cor tuum, ut sudor

dor tuus, sicut guttæ sanguinis, de toto corpore deflueret. Ecce voluntatem meam merito tui causâ resigno; tuæq; subijcio; ut tua, non mea fiat; Esto desuper, ad horrorem & sudorem usque, anxietur in me spiritus meus; optabo nihilominus ut *Fiat voluntas tua.*  
 O fac! id donetur mihi per *Sanguineum sudorem tuum.*

*Panem nostrum quotidianum.*

**O** JESU, supra dorsum tuum araverunt peccatores, & flagellis, Virgisque quasi vomere, rastro, & ligone terram corporis tui subegerunt Sed, quanta nobis ex tam crudeli cultura messis, & fructuum copia parata! Nempe, ut dum hic cibamur pane lachrymarum; & in sudore vultus vescimur pane nostro; Pane quoque vitæ, & intellectus nutriamur; & sicut adipe & pinguedine repleatur anima nostra; donec in fortitudine cibi illius perambulemus hoc desertum; & tandem edamus & bibamus super mensam tuam, & satiemur ab ubertate Domus Dei, ô JESU, per Sanguinem, quem pro nobis in *Flagellatione* fudisti.

*Et dimitte nobis debita nostra.*

**O** JESU patientissime, cujus Sanguis toties pro nobis effusus est in remissionem peccatorum. Nam & à crudelissimis tormentibus

ribus non semel vestimenta tibi violenter, & crudeliter, detrahi, adeoq; vulnera tua sapius renovari, magisq; dilatari, non sine acerbissimo dolore sustinuisti; quia nimirum homo vestem innocentiae peccando perdidit, & restitutam sapius, iterando peccata, fecidavit. Rogo te per sacra Vulnera tua, crudeli vestium expoliatione renovata. & Sanguinem ex eis tam copiose manantem, mitte nobis debita nostra. Nam, teste dilecto Discipulo tuo, Sanguis JESU Christi emundat nos ab omni peccato. Fac, ut expoliantes nos veterem hominem cum actibus suis, induamus novum, qui secundum Deum creatus est, in justitia & sanctitate veritatis. Sanguis tuus, ô JESU, emundet conscientias nostras ab operibus mortis ad serviendum Deo viventi.

*Et ne nos inducas in tentationem.*

**O** JESU, qui transfixis manibus & pedibus cruci truculenter nimis affixus es, & totidem quasi fontibus vel canalibus Sanguinem copiose profudisti. Ecce in manibus tuis sortes meae, nam & cadentem tenes me, & iacentem erigis & stantem protegis. In manus tuas commendo me. Sub umbra alarum tuarum protege me, à facie eorum qui affligunt & persequuntur me. **O** si contra omnem

omne  
Christi  
me,  
separ

**O**  
pera  
ret a  
dulc  
per  
trab  
curu  
in c  
titu  
ibi f  
nec  
pè  
blu  
feria  
ricu  
me  
dis  
tuu  
Bon

omnem tentationem stem fortis in fide, tibi, Christe, crucifixus cruci; ut ab amore tui me, nec vita, nec mors, nec ulla creatura separet.

*Sed libera nos à malo.*

**O**JESU, refugium afflictorum. Ecce in medio malorum & laqueorum miser homo perambulat; quid faciet ut effugiat? ubi quaeret asylum ut tutus lateat? ubi? nisi in sinu dulcissimi cordis tui, ad quod per *Latus apertum lancea* nobis aditus patefactus est. Intrabo istud intrepidus. & ibi habitabo securus, tanquam columba in foramine petrae, in caverna maceriae. Ibi abscondita est fortitudo mea. Bonum mihi erit hic esse, & ibi figere tabernaculum. ubi, nec flagellum nec ullum appropinquet malum. Inde quippe Sanguis & Aqua profluxit; ut sit & ablutio scelerum & fortitudo fragilium. & miseriae remedium, & contra omnia salutis pericula firmamentum. O bone JESU, libera me ab omni *malo* quando tam amanter pandis mihi sinum Amoris, dulcissimum *Cor tuum*; id est: Te ipsum fontem omnis *Boni*, Amen.

LITA.

FERIA SEXTA.  
LITANIÆ

*Vite & Passionis Domini nostri Iesu Christi.*

**K**Yrie eleison.      Christe eleison.  
Kyrie eleison.

Christe audi nos.      Christe exaudi nos.

Pater de Cælis Deus.      Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus,      Miserere n.

Spiritus Sancte Deus,      Miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus,      Miserere n.

IESU Cunctis gentibus desiderate, *Agg. 2.*  
Miserere nobis.

IESU à Patre in mundum misse, *Galat. 4.* Mis:

IESU de Spiritu Sancto concepte, *Luc. 1. M.*

IESU Verbum Caro factum, *Ioan. 1.* Mis:

IESU formam servi suscipiens, *Phil. 2.* Mis:

IESU in utero Matris Ioannem visitans &  
exhilarans, *Luc. 1.* Miserere nobis.

IESU de Maria Virgine natus, *Luc. 2.* Mis:

IESU pannis involute, *Ibid.* Mife: nobis:

IESU in præsepio reclinate, *Ibid.* Mis: n.

IESU ubere Virgineo lactate, *Ibid.* Mis:

IESU Pastoribus in præsepio manifestate,  
*Ibid.* Miserere nobis.

IESU Circumcisionis legem spontè susci-  
piens, *Ibid.* Miserere nobis.

IESU á Magis-adorate, *Matth. 2.* Mife. n.

IESU in templo præsentate. *Luc. 2.* Mis: n.

IESU in ulnis Simeonis iusti excepte, *Ibid. M.*  
JESU

FERIA SEXTA.

310

322

- IESU in Ægyptum deportate, *Matt. 2. Mis.*  
 IESU ab Herode ad necem quaesite, *Ibid. M.*  
 IESU in Nazareth nutrita, *Ibid. Mis: n.*  
 IESU in Templo inter Doctores invente,  
*Luc. 2. Miserere nobis.*  
 IESU Parentibus subdite, *Ibid. Mise no:*  
 IESU à Ioanne Baptisate, *Matt. 3: Mis: no.*  
 IESU in Deserto tentate, *Matt. 4. Mis n.*  
 IESU cum hominibus Conversans, *Ibid. Mis:*  
 IESU rudes & pauperes Discipulos eligens,  
*Ibid. Miserere nobis,*  
 IESU omnibus languentibus misericorditer  
 opitulate, *Ibid. Miserere nobis.*  
 IESU in monte coram Patribus transfigurate,  
*Matt. 17.*  
 IESU per Compassionem super Ierusalem  
 lachrymans, *Luc. 19. Miserere nobis.*  
 IESU Rex mitis Ierusalem ingressa *Matt. 21.*  
 IESU zelo Domus Dei vendentes & ementes  
 eiciens, *Luc. 19. Miserere nobis.*  
 IESU triginta argenteis vendite, *Matt. 26.*  
 IESU ad lavandos Discipulorum pedes in-  
 clinate, *Ioan. 13: Miserere nobis,*  
 IESU Pascha cum Discipulis manducans,  
*Matt. 26. Miserere nobis.*  
 IESU Corpus tuum nobis in Cibum, & San-  
 guinem in potum largite, *Ibid. Mis: no:*  
 IESU in Oratione prostrate, *Ibid. M. n.*  
 IESU

IESU in agonia sanguineo sudore perfuse,  
*Ibid.* Miserere nobis.

IESU ab Angelo confortate, *Ibid.* Mis: n.

IESU osculo à Iuda tradite, *Ibid.* Mis: n.

IESU à ministris crudeliter ligate. *Ibid.* M.

IESU à Discipulis derelicto, *Ibid.* Mis: n:

IESU Annæ & Caiphæ præsentate, *Ibid.* M.

IESU alapa à ministro percusse *Ibid.* Mis:

IESU à falsis testibus accusate, *Ibid.* Mis:

IESU reus mortis Iudicate, *Ibid.* Mis: no:

IESU in faciem conspice, *Ibid.* Mis: no:

IESU cui illudebant, percutientes, oculos  
velabant, dicentes Prophetiza, *Luc.* 22.  
Miserere nobis,

IESU qui Corpus percutientibus, & genas  
vellentibus dedisti. *Isa.* 50. Mis: no:

IESU à Petro ter negate, *Mat.* 26. Mis: n.

IESU vincus Pilato tradite, *Mat.* 27. M. n.

IESU ab Herode sprete & illuse *Ibid.* Mis.

IESU veste albâ indute, *Ibid.* Mis: no:

IESU Barabbæ postposite; *Ibid.* Mis: no:

IESU flagellis inhumaniter cæse, *Ibid.* Mis. n.

IESU propter scelera nostra attrite, *Isai.* 53.

IESU veste purpurea indute, *Marc.* 15. M.

IESU spinis Coronate, *Matt.* 27. Mis: no:

IESU arundine pro sceptro donate, *Ibid.* M.

IESU à Iudæis ad Crucem postulate, *Ibid.* M.

IESU morte iniquissimâ condemnate, *Luc.* 23.

IESU VO-

IESU voluntati Iudæorum tradite, *Ibid.* M.

IESU Crucis pondere gravate, *Ioan.* 19. M.

IESU tanquam Ovis ad occisionem ducte,

*Isai.* 53. Miserere nobis.

IESU myrrhatò vino & felle potate *Marc.* 15.

IESU nudus in Cruce confixe *Matt.* 27. M.

IESU inter duos Latrones crucifixe, *Matt.* 27.

IESU qui tradidisti vitam tuam in mortem,

& cum iniquis reputatus, *Isai.* 53. Mis:

IESU Regio Titulo in Cruce per Pilatum

insignite, *Ioan.* 19. Miserere nobis.

IESU pro inimicis Patrem deprecate, *Luc.* 23.

IESU opprobrium hominum facte, *Psal.* 21.

IESU à prætereuntibus blasphemate *Matt.* 27.

IESU à Iudæis derisè, *Ibid.* Mis: nobis.

IESU à militibus in Cruce illuse *Luc.* 23. M.

IESU à latrone convitijs laceffite, *Ibid.* Mis:

IESU Latroni pœnitenti Paradisum polli-

cite, *Ibid.* Miserere, nobis.

IESU qui Ioannem Matri tuæ in Filium

commendafti, *Ioan.* 19. Mis: nobis.

IESU te à Patre derelictum attestate, *Mat.* 27

IESU sitiens aceto potate, *Joann.* 19. M.

IESU qui omnia de te scripta in Cruce con-

summafti, *Ibid.* Mis: nobis.

IESU qui Spiritum tuum in manus Patris

iam moriturus commendafti. *Luc.* 28. M.

IESU usque ad mortem crucis obediens

facte, *Psal.* 2. Miserere nobis. IESU lan-

IESU lancea transfixe, *Ioan.* Mis: n.

IESU de cuius latere exiuit sanguis, & aqua, *Ibid.* Misere nobis.

IESU qui peccata nostra super lignum in corpore tuo pertulisti, *1. Petr.* 2. Mis:

IESU cuius livore sanati sumus, *Ibid.* Mis. n.

IESU propitiatio nobis facte, *1. Ioan.* 2. M.

IESU de Cruce deposita, *Marc.* 15. Mis: n.

IESU in sindone munda involute, *Matt.* 27.

Misere nobis.

IESU in monumento novo tumulate, *Ibid.*

IESU qui post mortem ad inferos descendisti, *1. Petr.* 3. Misere nobis.

IESU qui mortuus es propter delicta nostra, & surrexisti propter justificationem nostram *Rom.* 4. Misere nobis.

IESU in cœlum elevate, *Act.* 1.

IESU in Patris dextera collocata *Psal.* 104.

IESU gloria & honore coronata, *Psal.* 8.

IESU Rex Regum & Dominus Dominantium, *Apoc.* 19. Misere nobis.

IESU qui parasti nobis locum in Domo Patris tui, *Ioan.* 12. Misere nobis.

IESU noster apud Patrem advocata, *1. Ioan.* 2.

IESU Spiritum Paracletum Discipulis elargite, *Mise. Act.* 2.

IESU vivos & mortuos iudicature, *2. Tim.* 4.

IESU reprobos in ignem aeternum misere, *Mat.* 25. Misere nobis. IESU

JESU paratum electis regnum collature, *Ibid.*

Propitius esto, Parce nobis JESU.

Ab omni malo. Libera nos JESU.

A subitanea & improvisa morte, Libe: nos

Ab insidijs Diaboli,

Ab ira, odio, & omni mala voluntate,

A morte perpetua. Libera nos JESU.

Per mysterium S. Incarnationis tuæ.

Per Adventum tuum, Libera nos JESU.

Per Nativitatem tuam, Libera nos JESU.

Per Circumcisionem tuam,

Per impositionem SS. Nominis tui,

Per Baptismum & sanctum Ieiunium tuum,

Libera nos JESU.

Per labores & vigilias tuas,

Per Agoniam & Sanguineum sudorem  
tuum;

Per alapas & flagella tua,

Per spineam Coronam tuam,

Per Crucem & Passionem tuam,

Per sitim, lachrymas, & nuditatem tuam,

Per Sanctissima quinq; Vulnera tua,

Per mortem & sepulturam tuam,

Libera nos JESU.

Per sanctam Resurrectionem tuam,

Per admirabilem Ascensionem tuam,

Per missionem Spiritus S. Paracleti,

Libera nos JESU.

Libera nos JESU.

- In die iudicii, Te rogamus audi nos.  
 Peccatores, Te rogamus audi nos.  
 Ut peccatis mortui, iustitiæ vivamus,  
 Ut gloriari nobis non liceat nisi in Cruce  
 D. N. J. Christii. *Gal. 6.*  
 Ut amore tui mundus nobis crucifixus sit,  
 & nos mundo. Te rogamus audi nos.  
 Ut Crucis mortificationem jugiter in cor-  
 pore nostro circumferamus. *2. Cor. 4.*  
 Ut Carnem nostram cum vitijs & concupis-  
 centijs crucifigere studeamus. *Gal. 5.*  
 Te rogamus audi nos.  
 Ut te Passio in carne, & nos eadem cogita-  
 tione armemur. *1. Petr. 4.*  
 Ut Crucem nostram quotidie tollere, & te  
 sequi valeamus. *Mat. 16.*  
 Te rogamus audi nos.  
 Ut quæ nobis lucra sunt, propter te detri-  
 menta arbitremur. *Phil. 3.*  
 Ut te JESUM Crucifixum, scire ante om-  
 nia studeamus, *1. Cor. 2.*  
 Te rogamus audi nos.  
 Ut Sanguis tuus emundet nos ab operibus  
 mortuis ad serviendum Deo viventi,  
*Hebr. 9.* Te rogamus audi nos.  
 Ut empti pretio magno glorificæus Deum in  
 corpore nostro. *1. Cor. 6.*  
 Ut mortui peccato, & conssepulti, deinceps  
 tecum

tecum in novitate vite ambulemus *Rom. 6.*

Te rogamus audi nos.

Ut semel emundati ab operibus mortuis, rursum te Filium DEI crucifigere & ostentui habere caveamus, *Heber. 6.*

Ut relictum a te nobis exemplum intuentes, sequamur vestigia tua, *1. Petr. 2.*

Ut sicut focii passionum sumus, ita finis & consolationis, *2. Cor. 1.*

Te rogamus audi nos.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Kyrie eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison. *Pater noster. Ave Mar:*

## O R E M U S.

**O**Mnipotens misericors DEUS, qui solo amore naturæ etiam Filio tuo Vnigenito non pepercisti, & morti eum tradidisti; quæsumus, ut Sanguis, Passio, & Mors eius, sit nobis principium & finis omnium, augmentum virtutum, Amor erga te inextinguibilis & felicitis æternitatis, Amen.

## PUNCTA MEDITATIONIS.

De Passione Domini.

1. **Q**uis Passus est? 2. Pro quo? 3. Quo fine patitur? 4. A quo? 5. Quomodo? & patitur in Corpore, Honore, & Vita.

*Oratio efficax de Passione Domini.*

**D**EUS, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi, à Iudæis reprobari, à Iuda tu aditorem osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annæ, Caiphæ, Pilati, & Herodis indecenter offerri: à falsis testibus accusari, flagellis & opprobrijs vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, vestibus exui, cruci clavis affigi, in cruce levari, inter latrones deputari, felle & aceto potari, & lanceâ vulnerari. Tu Domine per has Sanctissimas pœnas tuas, quas ego indignus recolo, & per Sanctam crucem & mortem tuam, libera me à pœnis inferni: & perducere me digneris, quo perduxisti latronem tecum crucifixum. Qui cum Patre & Spiritu. S. &c.

*Oratio de Passione Domini.*

**O** Creator cæli & terræ, & Redemptor generis humani, fidelis & verè Fili Dei vivi, Domine JESU Christe! coram te ego peccator caput meum inclino, tuæ Sanctissimæ

firmæ  
tuam  
pecca  
mearu  
te off  
sunt  
mino  
quitar  
miser  
anima  
ririt  
me d  
sti no  
in Cr  
ssime  
niâ f  
quam  
ram  
clarit  
hac t  
popu  
cens.  
sticiâ  
Dom  
men  
Oliv  
s post  
men

ffirmæ Majestati cor meum peccans subijcio,  
 tuam Sanctissimam Divinitatem Adoro. Ego  
 peccator propter multitudinem iniquitatum  
 mearum vereor clamare ad te Deum; quia  
 te offendi Dominum & Deum meum, cui  
 sunt omnia peccata mea manifesta, uti Do-  
 mino meo & Redemptori meo. Et si ini-  
 quitates meas observaveris non supremam  
 misericordiam tuam, peribit in profundo  
 anima mea: in conspectu iræ tuæ tota pe-  
 riret terra propter peccata mea. Ne punias  
 me damnatione animæ meæ, quam redemi-  
 sti non auro nec argento, sed tuo Sanguine  
 in Cruce sancta. Ne punias me mi dilecti-  
 ssime Domine propter scelera mea ignomi-  
 niâ sæculari, sed memento ignominia eius,  
 quam habuisti nudus in Cruce pendens co-  
 ram castissima Virgine MARIA Matre tua  
 clarissima, quæ habuit magnum dolorem ex  
 hac tua confusione, quando coram omni  
 populo ignominiosissime pependisti inno-  
 cens. Ne punias me mi Domine magnâ tri-  
 stitiâ pro peccatis meis quibus te offendi  
 Dominum meum amantissimum, sed me-  
 mento eius tristitiæ, quam habuisti in monte  
 Oliveti Patrem tuum invocando: *Pater mi,*  
*si possibile est, transeat à me calix iste: verum ta-*  
*men non sicut ego volo, sed sicut tu.* Per tuam  
 mi

mi Domine tristitiam quam habuisti videns totam Passionem tuam, quam in crastino subire debueras; nec tua Sanctissima humanitas subsisteret, nisi Divinitas subveniret: eo sanctissima humanitas tua timuit mortem vsque Sanguinem sudore sudaverit, & tu horum non fuisti reus Agne innocentissime, qui nihil peccasti, & omnia peccata nostra portasti, cum sis Dominus & Creator, tamen ignominiosissima passus es propter tuam Creaturam. Mi amantissime Creator, dele maxima peccata mea, quæ aggravarunt cor meum, quibus excessi contra Majestatem tuam & præcepta tua sanctissima, sed mi Domine memento tam magnæ & Sanctissimæ misericordiæ tuæ, nam caro & anima mea sine te Domino meo non potest subsistere. Dixisti mi Domine: Nolo mortem peccatoris, sed volo ut convertatur, & de peccatis exurgat: Credo mi Domine quia ut verus Deus, crucifixus pro salute mea non rejicies me à misericordia tua: licet mi Domine, plura sunt peccata mea quàm arenæ maris, graminis terræ, & foliorum in arboribus, stellarum in cælis; tamen major est misericordia tua Sanctissima, qui ipse dixisti: Homo quandocunq; ingemuerit pro peccatis suis, amplius non recordabor eorum, Credo DE-

US O  
mifer  
mulier  
Sancta  
ipfi pe  
te per  
ricors  
mili:  
peccat  
gratia  
ferico  
semp  
dimisi  
solatu  
per il  
do te  
tuam  
per c  
positi  
ductio  
lesion  
& ibi  
mum  
ibi il  
hac a  
Corp  
tum,  
erant

US Omnipotens, quia me ad te suscipies ex  
 misericordia tua immensa, sicut suscepisti  
 mulierem peccatricem in gratiam tuam,  
 Sanctam Mariam Magdalenam, & sicut  
 ipsi peccata remisisti, ita mihi omnia dimitte  
 per misericordiam tuam. Tu scies miseri-  
 cors Domine, quomodo miserendum est  
 mihi: nam maior est misericordia tua, quam  
 peccata totius mundi, & exinde confido  
 gratiæ tuæ Domine JESU Christe, quia mi-  
 sericordiam tuam ostendisti super me, &  
 semper me peccatorem consolatus es. Et sic  
 dimissis peccatis meis, credo, quia me con-  
 solaturus es, quod singulariter à te peto  
 per illam in horto Iudæ prodicionem, quan-  
 do te Dominum suum tradidit, & per illam  
 tuam à Iudæis captivationem, per osculum,  
 per crudelem funis supra collum tuum im-  
 positionem sine misericordia, per Cedron  
 ductionem, & ibidem usq; ad Sanguinem tui  
 lationem, quia hac post ductus es ad Annã,  
 & ibi alapa percussus es innocentissimè. De-  
 mum ductus es Agne innocens ad Caiphã,  
 ibi illusus, irritus, ad collum percussus. Post  
 hæc ad Pilatum ductus, tunc nobilissimam  
 Corpus tuum flagellarum, collum incatena-  
 tum, per illa falsa testimoniã, quæ contra te  
 erant, Tum ductus ad Prætorium innocens,  
 per

per implacabilem ad Herodem ductionem,  
 per illud veste alba apud Herodē tibi innocens  
 Agne ad illusionem indumentum; per illam  
 ignominiosam ab Herode ad Pilatum redu-  
 ctionem; per illam sine misericordia vesti-  
 um detractionem, crudelem flagellationem,  
 spineam Coronationem, humilem in Præ-  
 torio ad iudicium comparitionem, per inju-  
 stam tui morti traditionem, per humilem  
 tuam Crucis bajulationem, per horrendam  
 cum Cruce tui in terram injectionem, per  
 horrendam tui Corporis in Cruce extensio-  
 nem, per manuum & pedum Tuorum Cruci  
 affixionem, per crudelem tui in Cruce ele-  
 vationem, & per illam ibi in Cruce illusio-  
 nem, per felle & aceto potationem, per  
 lateris tui lancea transfixionem, per septem  
 verba tua in Cruce, per recommendatio-  
 nem Spiritūs tui Sanctissimi in manus Domini  
 Patris; per humilem illum tuum clamorem,  
 Heli, Heli Lammafabathani, per illam san-  
 ctissimam misericordiam tuam quam Latro-  
 ni in Cruce tecum pendenti præstitisti, di-  
 cens: Hodie mecum eris in Paradiso: per  
 dolorem dilectissimæ Matris tuæ, quem ha-  
 buit sub Cruce stans, videns te dilectissimum  
 Filium suum innocentem Agnum. Et quis  
 enarrabit, quantum pro tunc dolorem ha-  
 buit

buit dilecta Virgo videns tam flagellatum,  
inter latrones pendentem. Per Sanctissimam  
mortem tuam: per depositionem de Cruce;  
per sepulturam tuam: per gloriosam tertiâ  
die Resurrectionem tuam; & mortuorum  
per laudabilem potentiam tuam, quâ fregisti  
portas inferni, per apparitionem dilectæ  
Matri tuæ Castæ Virgini, & omnibus Apo-  
stolis tuis: per quadraginta dierum tuorum  
hic commansionem tuam: per gloriosissimâ  
tui in cœlum cum júbilo Angelorum ascen-  
sionem: per Spiritûs Sancti missionem, & per  
Assumptionem gloriosam Beatissimæ Matris  
tuæ in cœlum: per summam gloriam tuam  
quam habes in cœlis, vbi sancti Angeli co-  
ram Majestate tua procidentes, cantant: *San-  
ctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth,*  
pleni sunt cœli & terra gloria eius. Per has  
tuas Sanctissimas omnes passiones, & per  
septem dolores Sanctissimæ Virginis MARIÆ  
& per hæc omnia, quæ hic peccator com-  
memoravi, & per merita Omnium Sancto-  
rum, benignissime Domine, exaudi me pec-  
catorem petentem, non tradas me in pote-  
statem inimicorum meorum, eripe me Deus  
de potestate inimicorum eorum, sicut libe-  
rasti Ionam de Ventre ceti, Zuzannam à  
morte, Danielem de faucibus Leonum, Pe-  
trum

trum de profundo maris. O DEUS, ô Adonay, Domine Deus Omnipotens, magnus & misericors: exaudi me in hac necessitate mea, mi dulcissimè Domine JESU Christe (*hic dicendum quod petis*) tu dixisti: Quidquid petieritis Patrem in Nomine meo, omnia vobis dabuntur. Credo quia me consolaberis in hac petitione mea: nam mi Domine, calum & terra peribit, sed Verbum tuum nunquam mutabitur. Subleva me à peccatis, quoniam imperfectus sum, respice misericordiam tuam & me peccatorem, creaturam tuam: quia me creasti ad imaginem tuam: quia me redemisti Sanctissimo Sanguine suo. Credo quia respicies triste cor meum. Ad quem ego fugiam? quis me consolabitur? Quis est qui mihi aliquid boni faciat, præter te Domine DEUS meus? ne derelinquas me, & adjuva me vnica spes mea Creator, & Redemptor, Pater mi, sim in gratia tua mi Domine minima Creatura tua, inter omnes qui sunt in gratia tua. O Domine misericors, per summum amorem quo dilexisti hominem, & descendisti in hunc mundum pro salute humana, & factus es Homo: insuper mortem subiisti crudelissimam, Creator propter tuam Creaturam. Verbum Caro factum est. O benignissimè  
Domine

Domini  
illum  
conso  
DEUS  
salute  
calta  
ctus à  
DEUS  
nira  
est D  
deice  
nove  
Rex  
Hom  
fuit i  
cto  
tus in  
orati  
tua  
I  
fac  
I  
de m  
meo  
men

Domine JESU Christe, fortissime Rex, per illum amorem tuum quo dilexisti hominem, consolare me in hac petitione mea. Unus DEUS, JESUS Christus, crucifixus est pro salute humana: Pater increatus, Filius ex casta Virgine MARIA genitus, Spiritus Sanctus à Patre & Filio procedens, sed vnus est DEUS verus, & fidelis, misericordiae infinitae plenus. Trina est perfectio, sed vnus est DEUS verus in Trinitate Sanctissima qui descendit in uterum Beatissimae Virginis, & novem mensibus ibi mansit; cum sit DEUS, Rex & Dominus omnis laudis, factus est Homo. Sicut dilectissima Mater consolata fuit in anima & corpore, dum Spiritu Sancto Deum concepit: Ita & ego sim consolatus in anima & corpore, dum hanc recitabo orationem, in consolationem memoratam tuae dilectissimae Matris, Amen.

*DEVOTISSIMVS QVOTIDIE*

*sacratissima quinque Vulnera Domini nostri*

*JESU Christi, salutandi modus.*

I. **D**ulcissime JESU adoro Vulnus manus tuae dexteræ! Damihî, quæso victoriam de me ipso; & gratiam extirpandi ex corde meo omnia vitia, & inclinationes malas. Commendo tibi in hoc sacratissimum Vulnus, vniuer.

uerſalem S. Eccleſiæ ſtatum, conuerſionem infidelium, & reductionem ad eandem omnium hæreticorum.

Pater noſter &c. Ave MARIA, &c.

II. Patientiſſime JESU, adoro Vulnus manus tuæ ſiniſtræ! Rogo te, da mihi patientiam in omnibus aduerſitatibus: largire mihi fortitudinem in extremo vitæ momento, & gratiam euitandi mortem æternam In idem Vulnus tuum ſacroſanctum commendo tibi tuos vtriuſque ſexûs fideles.

Pater noſter, &c. Ave MARIA, &c.

III. Amabiliſſime JESU, adoro ſacra- tiſſimum Vulnus pedis tui dextri! Da mihi, quaſo, gratiam, progrediendi ſemper in melius in via tuorum ſacra- tiſſimorum mandatorum, in operibus bonis, & augmento omnium virtutum, ſecundum tuam ſanctiſſimam & diuinam voluntatem. In idem ſacra- tiſſimum Vulnus commendo tibi omnes Eccleſiaſticos, & vtriuſque ſexûs Religioſos.

Pater noſter, Ave MARIA, &c.

IV. Benigniſſime JESU, adoro ſacra- tiſſimum Vulnus pedis tui ſiniſtri! Obſecro te, libera me ab omnibus periculis, tam animæ quàm corporis: & da mihi gratiam fugiend omnia peccata & peccandi occaſiones. In idem Vulnus ſacra- tiſſimum commendo tibi omnes  
me-

meos benefactores, propinquos, amicos, inimicos, & omnes omnino, pro quibus orare teneor.

Pater noster, &c. Ave MARIA, &c.

v. Amabilissime & misericordissime JESU, indignissimus ego in tuo conspectu peccator, adoro Vulnus sacratissimi lateris tui Oro humillimè, vt ardentissimo tuo amore me incendas; vt omni inordinato affectu ad quascumque creaturas derelicto, tu solussemper cor meum inhabites. Commendo huic sacratissimo Vulneri tuo omnes animas, quæ in Purgatorio detinentur.

Pater noster, &c. Ave MARIA, &c.

*Oratio D. Gregorij Papa.*

**B**ONE JESU, Verbum Patris, splendor Paternæ gloriæ, in quem desiderant Angeli prospicere: doce me facere voluntatem tuam vt à spiritu tuo bono deductus, ad beatam illam perueniam ciuitatem, vbi est dies æternus, & vnus omnium spiritus: vbi est certa securitas, & secura æternitas, & æterna tranquillitas, & tranquilla felicitas, & felix suauitas, & suauis iucunditas: vbi tu, Deus, cum Patre & Spiritu sancto, viuis & regnas per infinita sæcula sæculorum, Amen.

*ORATIO AD IESUM.*

**O**BONE IESU, ô piissime IESU, ô dulcissime.

me IESV, ô IESU Fili MARIÆ Virginis plene misericordia & pietate, ô dulcis, IESU secundum magnam misericordiam tuam, miserere mei! O clementissime IESU, te deprecor per illum Sanguinem pretiosum, quē pro peccatoribus effundere voluisti, ut abluas omnes iniquitates meas, & in me respicias miserum & indignum, humiliter veniam petentem, & hoc nomen sanctum IESU inuocantem. O nomen IESU, nomen dulce: nomen IESU, nomen delectabile: nomen IESU, nomen confortans! Quid est enim IESUS, nisi Saluator Ergo IESU, propter nomen sanctum tuum esto mihi IESUS, & salua me: ne permittas me damnari, quem tu de nihilo creasti. O bone IESV, ne perdat me iniquitas mea, quem fecit omnipotens bonitas tua. O dulcis IESU, recognosce quod tuum est, & absterge quod alienum est. O benignissime IESU, miserere mei, dum tempus est miserendi: ne damnes me in tempore iudicandi. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendero in æternā corruptionem? Non mortui laudabunt te, Domine IESU, neque omnes qui descendunt in infernū O amantissime IESU, ô desideratissime IESU, ô mitissime IESU, ô IESU, IESU, IESU, permitte me intrare in numerum electorum tuorum.

tuom  
ô JES  
JESU  
ô IES  
me g  
tatem  
cte d  
uire,  
cant r

C  
p  
dente  
perfo  
nom  
à me  
da ex  
mea  
prof  
non  
lo ga  
te, v  
yel c  
mih  
mih  
plus  
est si  
extra

tuorum. O JESU, salus in te credentium,  
 ô JESU solatium ad te confugientium, ô  
 JESU dulcis remissio omnium peccatorum,  
 ô IESU Fili MARIE Virginis, infunde in  
 me gratiam, sapientiam, charitatem, casti-  
 tatem, & humilitatem; vt possim te perfe-  
 ctè diligere, te laudare, te perfrui, tibi ser-  
 uire, & in te gloriari. & omnes qui inuo-  
 cant nomen tuum, quod est IESUS, Amen.

*Oratio B. Thomæ de Aquino.*

CONcede mihi misericors Deus, quæ tibi  
 placita sunt, ardentè concupiscere, pru-  
 denter inuestigare, veraciter agnoscere,  
 perfectè adimplere, ad laudem & gloriam  
 nominis tui. Ordina statum meum; & quod  
 à me requiris vt faciam, tribue vt sciam. &  
 da exequi sicut oportet, & expedit animæ  
 meæ Da mihi, Domine Deus meus, inter  
 prospera & aduersa non deficere; vt in illis  
 non extollar, in istis non deprimar: de nul-  
 lo gaudeam vel doleam, nisi quod ducat ad  
 te, vel abducat à te. Nulli placere appetam,  
 vel displicere timeam, nisi tibi. Vilescant  
 mihi, Domine omnia transitoria; & cara  
 mihi sint omnia tua propter te, & tu, Deus,  
 plus quàm omnia Tædeat me gaudij, quod  
 est sine te; nec aliquid cupiam, quod est  
 extra te. Delectet me, Domine, labor qui est

pro

pro te: & tædiofa fit mihi omnis quies, quæ non est in te. Frequenter da mihi, Domine, cor ad te dirigere, & defectione mea, cum emendationis proposito, dolendo pensare, Fac me Domine Deus, obedientem sine contradictione, pauperem sine defectione, castum sine corruptione, patientem sine murmuratione, humilem sine fictione, hilarem sine dissolutione, tristem sine dejectione maturum sine gravitate, agilem sine leuitate, te timentem sine desperatione, veracem sine duplicitate, operantem bona sine præsumptione, proximum corrigere sine elatione, ipsum ædificare verbo & exemplo sine simulatione; Da mihi, Domine Deus, cor peruigil, quod nulla abducat à te curiosa cogitatio: da nobile, quod nulla deorsum trahat indigna affectio: da rectum, quod nulla seorsum obliquet sinistra intentio: da inuictum, quod nulla frangat tribulatio: da liberum, quod nulla sibi vendicet peruersa & violenta affectio. Largire mihi, Domine Deus meus, intellectum te cognoscentem, diligentiam te quærentem, sapientiam te inuenientem, conuersationem tibi placentem, perseverantiam te fideliter expectantem, & fiduciam te finaliter amplectentem. Da tuis pœnis configi per pœnitentiam

centiat  
tiam  
frui p  
tu san  
secula  
Cr  
meus,  
amare

OD  
ill  
listi in  
tiffimo  
corpo  
ne Tu  
flu su

SAN  
me  
cum  
Tuun  
mort  
Cruce  
supr  
nitas  
mort  
mean  
carot

330  
342  
FERIA SEXTA.

tentiam, tuis beneficijs vt in via per gratiam, & tandem tuis gaudijs in Patria perfrui per gloriam. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuis & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Credo in te, spero in te, amo te Deus meus, ô summum & omne Bonum meum; & amare te, & glorificare te volo in æternum,

*Ad Deum Filium.*

**O** Dulcissime & Amantissime JESU per illam amaritudinem Passionis, quam tulisti in Cruce, maximè illa hora, qua sacratissima anima tua egrediebatur de benedicto corpore Tuo, Miserere animæ meæ sanguine Tuo sanctissimo redempta maximè ingresso suo. Deus propitius esto mihi peccatori.

*Pro Felici Morte.*

**S**anguine Tuo Domine JESU à peccatis meis lava me, & præsta ut anima mea cum è corpore migraverit, antè Tribunal Tuum munda appareat per acerbissimam mortem tuam, quam pro me sustinuisti in Cruce, miserere peccatrici animæ meæ, in suprema illa lucta, à qua pendet tota æternitas. O Bone JESU Sanctissimam crucem & mortem Tuam pone inter Judicium & animam meam & propitius esto mihi maximo peccatori nunc & in hora mortis. Amen.

Y

O Dulci-

O Dulcissime Domine JESU Christe pro  
 pietate Tua exaudi voces meas  
 Meritis tuis adjuva preces meas.  
 Sangvine Tuo purga peccata mea  
 Livore Tuo cura vita mea.  
 Corpore Tuo castam fac carnem meam.  
 Anima tua Sanctam fac animam meam.  
 Spiritu Tuo reforma sensus meos.  
 Sermone tuo erudi linguam meam.  
 Exemplo Tuo informa actus meos  
 Nomine Tuo dirige vitam meam  
 Vitâ tua corrobora vires meas  
 Cruce Tua contempera panas meas.  
 Amore Tuo inflamma pectus meum.  
 Morte Tua communi finem meum  
 O Deus meus, Deus meus Deus meus.  
 Miserere mei nunc & in hora mortis meæ.  
 Amen.

*Brevis Contemplatio de Attributis Domini  
 nostri JESU Christi.*

**Q**uam mirabilis est Christe JESU Nati-  
 vitas tua! ex Matre terrestri, sine Pa-  
 tre, unde Factus es *Magnus Minimus Mirabilis*,  
*Confluum*, *Deus fortis*, *Parens futuri sæculi*, *Prin-*  
*ceps pacis*, *Natus, datus*. An non *Magnus* dum  
 es *Filius Dei vivi*? an non *Minimus* fles in  
 præsepio circa Nativitatem à Matre depofi-  
 tus. *Mirabilis Lux* fuisti & non lucebas. Ver-  
 bum

bum DEI & non loquebaris. Fons aquæ vivæ & sitiebas. Omnes cooperis, ipse nudus friges: Latitudo coarctata est; Longitudo abbreviata, Immensitas humiliata: Potentia sub Obedientia: studet Sapiencia: Indigent Divitiæ: Robur deficit: triste Gaudium: Sanitas infirmatur: Vita moritur. *Mirabilis es*, quia morte suâ vitam nobis dedisti; tristitia gaudium: Passione sanitatem: Debilitate fortitudinem: simplicitate Sapientiam: Divitias Paupertate; spem metu: Latitudinem brevitatem: Humilitate Immensitatem: Longitudinem abbreviatione. Dedisti nobis amantissime JESU labore tuo, ardorem amoris: sitiendo aquam vitæ: silentio eloquentiam, in immortalitate *DEUS Homo factus est.*

Tu es *Consilium* primò operibus, verbis, posthac magno Consilio pro salute nostra, in silentio ( nos præmonendo, ne simus multiloqui, neq; otiosi ) jacens in præsepio divitis filius, quia Dei; præceptum das filiis hominum, ne superbiant.

*Deus fortis es*, quia ex aqua vinum fecisti, tempestates Maris calcas, Mari & vento Imperas: verbo omnia sanas.

*Parens futuri sæculi es*, quia nos á peccato liberaſti.

*Principes pacis es*, quia circa Nativitatem tuam, Angeli cum Gloria præinixerunt Pacem in terra Hominibus bonæ voluntatis.

*Natus & datus*, Natus sibi, nobis datus: Datus ut Deus, natus ut Homo. Nobis datus per Verbum incarnatum, Natus amore increato. Nobis natus, ut pro nobis sit passus: Datus nobis, ut semper vivat nobis. Sibi Natus ante tempus æternitatis, nobis in tempore. Sibi Natus ex Patre sine Matre nobis sine Patre ex Matre, Sibi Natus Creator Majoris mundi, nobis Consolator minoris mundi: sibi Natus es ut Deus, nobis ut Deus & Homo. Natus es Tibi Omnipotens, Fortis, nobis, ut sis nostræ debilitati subiectus. Eheu! cujus causâ hæc fecisti mi JESU? propter me miserum hominem. Ad quid ut me ad Gloriam tuam, à peccato ad statum innocentia, ex miserijs ad delicias, ex tristitia ad gaudium, ex paupertate in divitias, ex tenebris in lucem, ex carceribus in libertatem, à metu in securum ducas. Pro quo? Cur? pro sola bonitate amoris sui. O Amor! quomodo non & redamandus? sed video imperfectiones meas magnas nimis, Tuum & meum velle unias bonitate, & Amori tuo, qui te ad Incarnationem de calo traxit, & ad omnes induxit passiones in corpore. Et cum servo tuo Domine, quod vis. QVI-

Pa  
C  
V Is  
ecc  
Mortet  
onet de  
Veni a  
melius  
quo ip  
fuisse  
Admitt  
Et Ad  
purus  
placare  
Christi  
miste n  
quid p  
turus.  
mendo  
recona  
Mors  
hac n  
obtime  
profec  
quis c  
dend  
ætern

## QVINTANA.

Passionis Domini nostri JESU Christi.

Quanti sit effectus coram DEO.

**V**is sequi Christum, & quid obtinere ab eo?  
 ecce rectissimam habes viam, Passionem &  
 Mortem Domini nostri JESU Christi sicut ipse-  
 met de se dicit. Ego sum Via, Veritas, & Vita.  
 Venit ad Deum per Sanctos? optimum est, sed  
 melius per Sanctum Sanctorum, Filium Dei, in  
 quo ipsi omnia complacuerunt. Etiam si maximus  
 fuisses peccator, & Deus iratus nollet tibi peccata  
 dimittere, neq; tibi esse propitius, sit tibi Refugiū  
 & Advocatus Iesus, & considera quia nemo, etiā  
 purus Angelus poterat pro primo hominis peccato  
 placare Deum, nisi Sanguis, Passio & Mors JESU  
 Christi, & ideo, non solum tam gravissimum di-  
 misit nobis peccatum, sed & assecuravit nos, quid-  
 quid petierimus in Nomine Eius, quod sit exaudi-  
 turus. Ex primo itaq; effectu, si pro majori su-  
 mendo, totum genus humanum cum Deo Patre  
 reconciliare potuerat, an idem Sanguis, Passio, &  
 Mors eius cum Deo Patre commemorabitur & per  
 hæc precabitur, nunc minora non efficiet, qua  
 obtinere cum voluntate eius voluerimus? Plura  
 profecto propter Filium ejus assequemur. Nam quo  
 quis cui est affectu proximior, eo facilius ad exau-  
 diendum. Christus Dominus, est Deus & Homo,  
 æterna unio, insuperabile vinculum, summa Cha-  
 ritas.

ritas, sunt tibi omninò correlativa. Sunt & alie rationes pro hac Devotione Passionis Domini, & nullas esse per Sanctos majores, nullas perfectiores neq; efficaciores in auxilium peccatorum & obtinendas Dei gratias Devotiones.

B. Albertus Magnus, S. Thomas de Aquino, & multi Sancti sic de Passionis Domini Meditatione credunt, quod plus valeat, quàm si quis in aqua & pane jejunaret, quolibet die ad Sanguinem flagellaretur, Psalterium integrum indies recitaret. Impossibile enim ne Deitas convincatur, si Humanitas eius commemoretur. Quid Homo terrenis ex Amore naturali Filio suo negabit petenti? an non plura Deus Pater, qui in cœlis est, ex unione Amoris erga Iesum Filium suum testabitur? Modus absolvendæ Quintanæ.

1. **P**er quinque dies Feriæ sextæ (singulari tempore per Martium incipiendo) licet non confitentur, Confiteri, & Communicare. Si verò aliquod est impedimentum grave, facienda Confessio spiritualis, cum intentione Sacramentali.

2. Qualibet, ex dictis, Feria Sextâ dicere 5. Pater noster, & Ave Maria: & post quodlibet, Deus Pater, per Passionem & Mortem Domini nostri JESU Christi Filij tui, & in Nomine eius, Miserere nobis &, N. concede.

3. Qualibet hac Feria Sextâ, de Passione Domini aliquid Meditandum, singulariter Quinque Myste-

Myster  
Secu  
spinis  
Bajula  
quam  
Dei  
4  
nenti  
5  
De am  
Elem  
Char

1. V  
tem  
vant  
tion  
locet  
2  
quo  
prop  
3  
audi  
dolo  
4  
copi

*Mysteria. Primâ Feria Sextâ JESUS in Horto. Secunda, JESUS Flagellatur. Tertia, JESUS spinis Coronatur. Quarta, JESUS Crucem Bajulat. Quintâ, JESUS Crucifigitur. Post quamlibet Meditationem dic, JESU Christe Fili Dei vivi, pro me. (N.) miserere mei.*

4. *Qualibet hac Feriâ, Iejunium, sive abstinentiam juxta possibilitatem facere.*

5. *Eâ singulariter Feriâ, quidquid propter Deum Proximo testari. Pro peccatis dolendum, Eleemosyna secundum posse danda vel aliquod Opus Charitatis faciendum.*

**Pro prima Feria Sexta.**

**Meditatio, JESUS in Horto.**

1. **V**eni devota anima, & sequere Iesum cum lachrymis in Hortum, vel potius in montem Myrrhæ & colon Thuris. En primus Itineranti Iesu passus, non sicut flos campi ad plantationem, sed ut hoc Lilium Convalij inter spinas locetur.

2. Cogita, cum Iesus exit ad Hortum, cum quo dolore coram Matre dixit, quæ erat passurus, propter Redemptionem nostram.

3. Considera, quàm tristis est Mater ejus, audita relatione languet, procedit, in humera Filij. O dolor! dicite Matres diligentes Filios, quantus sit?

4. Penetres viscera Matris & Filij nunc & copias illarum lachrymarum?

5. Vide

5. Vide, quam triste hoc est spectaculum Matris & Filij. Ah! quorsum properat, dilectus tuus? ad Hortum: pro commoditate? pro amenissima deambulatione? non, non, properat ut Sanguine sudet, ardentissime oret, luctetur secum & cum viribus, tali fruetur in Horto commoditate. Erit & deambulatio ejus ad Annam & Caipham ut colaphizetur, ad Herodem ut illudatur, ad Pilatum ut flagelletur, coronetur, ex Civitate in montem patibuli, inhumaniter cum impetu ducatur, pro quo? ut crucifigatur, cum latronibus reputetur.

6. Cogita, quantum Iesus habuit dolorem egrediendo de Civitate Portâ, dum intra se dixit, iam amplius non redibo hac portâ usq; redux, in vinculis ac si latro, ex Horto.

7. Vide cum lachrymis, quas amaritudines Passus est Iesus intrans Hortum? ô triste spectaculum! pulcherrimus flos Campi, speciosus formâ præ filijs hominum, Angelorum delicia, dilectus & unigenitus Filius Dei pallet, procidit in faciem & genua, cadit super terram: dulcissimum os suum aquat humo, ut homo luctatur cum morte.

8. Considera loco sudoris, quomodo Sanguis penetrat Corpus stillando super terram. O infelix Hortus! alibi delicia, hic afflictiones & dolores.

9. Interroga JESUM cur precipitat suum Sanguinem fundere,

IO. Cogita. Si in primo gradu tam copiosè  
Sanguinem suum elargitus est, quid posthac erit.

*Affectus pro Meditatione in Horto.*

**O**Mi Bone JESU! quousque tuæ libera-  
litas? non ita pridem Cenando propi-  
nasti nobis Sanguinem in Calice, siccine of-  
funderis, acsi de novo? en quanta ejus co-  
pia in Veste, in Corpore, insuper super  
terram. Cur mi Amor, ad pœnas prope-  
ras? adhuc defunt carnifices, nondum es  
flagellatus; Sanctum Caput tuum spineâ Co-  
ronâ nondum vulneravit, nec crassi claves,  
manus & pedes tuos perforarunt, & iam ex  
Corpore tuo iam iam rivuli Sanguinis stil-  
lant, abundè fluunt? quid cras tecum fiet?

O amor superabundans! cui mors vna non  
sufficiebat, sed ante mortem, pro nostra  
vita, mori cogebat, & ex dilectione multa  
per membrâ, & guttatim Sanguinem pro  
nobis fundendo omnibus modis salvare nos  
cupiebat. Sed quis tam copiosè hunc San-  
guinem expressit mi JESU? Ah! peccata  
Nostra, delicta. Hæc torcular erant, sub  
cuius pondere iste Sanguineus JESU Chri-  
sti exivit succus? sub hoc culpæ meæ pon-  
dere dilectissimus JESUS gemens plorat, su-  
dat inusitate, quia Sanguinem & gravissimè.  
Tantine itaque valens erat salus nostra mi  
Domi-

Domine? ut eam tanti æstimes, & amissam tanto sumptu refundas? An tale in oculis tuis erat pretium animarum nostrarum, ut tantum in Redemptionem illarum, destina- veris valorem: ficcine, ex amore mei, te ipsum tradidisti, ne in igne peream? sic est, sic; quia verus amor excedit metas. Cur etiam mea anima amore non respondis Do- mino tuo? An idè te non diligam, sed com- mittam me concupiscentijs meis, conjuratis inimicis meis? ô JESU! dulcissime JESU, *per Sanguineum sudorem tuum in Horto*, sis mihi in omnibus actionibus meis JESUS, nunc & semper. Et cum voluntate tua obtineam (N.) quod ex gratia tua peto, Amen.

Christus in Horto Comprehenditur,

MEDITATIO II.

1. **P**ENetra cor Salvatoris: vide cum quo affe- ctu & amore morti se tradit, quàm alacriter obviam venit traditori Iudæ & Carnificibus. Iudæ quid facis? in signo amoris vulneras, melle tra- ctando toxicum propinas? Obligatus amore, San- guinem effudis? instrumento pacis mortem inducis?

2. Vide, vno verbo Dominus proicit in ter- ram milites, quem quæritis.

3. Considera obdurationem militum, nec mor- tem metuunt, nec affabili interrogatione amoris commoti, quem noluerunt habere benignum Sal-  
vatorems

vatore  
4  
fime p  
petu a  
vi Con  
deliffi  
5.  
ponim  
lum,  
cali E  
Etaba  
6.  
impia  
bus t  
bus  
fera  
7.  
quar  
per E  
bestia  
8.  
prea  
rant  
guin  
9.  
Trib  
man  
tis.

uatorem, eum sibi elegerunt in Iudicem.

4. Admirare, quales lurcones levissimi, vilissimæ personæ innocentem Agnum summo cum impetu aggrediuntur: alij Sanctum Caput percutiunt, vi Corpus inclinant, iactant clamorosè, ligant crudelissimè.

5. Vide, Torquem ferreum supra collum imponunt, quo sicut latro ducitur. O triste spectaculum, oneratum, torque, ligatum videre Creatorem celi & terra! quis aliquando sceleratorum sic trahabatur?

6. Sequere ultra Christum, quem in Civitatem impiam ducunt. O quot antè hastis & calcibus te propellunt mi Iesu! quot à tergo te lapidibus, luto & pulvere te impellunt! Eheu! nulla fera tam malè fuit habita à canibus Venaticis.

7. Interea mente concipe Christum appropinquare torrenti Cedron. Intuere illos gradientes per Pontem, Christum verò, tanquam indomitam bestiam rapturi per gelidas aquas.

8. Inspice cum lachrymis, quomodo lapides præacuti illius torrentis calcaneos Domini vulnerant, & ita cruentant, ut per totam viam Sanguinis vestigia relinquunt.

9. Insuper comitare Christum raptatum ad Tribunal Anna, capite discooperto, facie lividâ, manibus post tergum vinctis, pedibus Sanguinolentis. O prodigium! en innocentissimus Sol Iustitiæ

ad

*Iniquitatis Tribunal consistit. Stat sine Advocato Innocentia, sine Patrono Veritas, sine voce Verbum.*

IO. Considera, quàm torvis & ardentibus oculis Basiliscus ille aspiciat Salvatorem! quàm superbe interroget & sciscitetur ab eo de doctrina & discipulis. Eheu! obstupescere, ut mox ad primam eterne Sapientiae vocem, à quopiam ministrorum armata manu, tam crudelissima alapa ei insligitur, ut dentes excusserit, & ex labijs Sanguinem elicuerit. Exhorrescat Cælum ad tàm inauditum facinus, contumescat terra! alapa Dominus Dominantium percuti potuit? O Angeli! quomodo manus continere potuistis? an attonitos vos tenet facti insolentia?

Loquitur interim ad focum Petrus, cui antea pavor ora congelaverat, loquitur, sed mendacium, quia veritas post crudelem ictum conticuerat. Loquitur, sed inspicienter, quia Sapientia obmutuerat.

## A F F E C T U S.

**Q**uid retribuam tibi Domine JESU pro omnibus ludibrijs, percussionibus, vilipendijs, derisionibus, & pro innumeris opprobrijs, quibus pro me saturatus fuisti? Heu mœstissime! heu dulcissime JESU! cur adeo ferreum ac lapideum cor habeo, quod compassione ac dolore non scindatur? cur præ dolore non tabescit anima mea, quandoquidem

dem tam immanium dolorum & cruciatuum causa est pessima vita mea? Potuitne fieri, ut pro me vilissimo vermiculo talia Dominus pateretur? Eheu patitur! quia pro me conculcatur, pro me Deus ligatur, irridetur, à satellitibus nefarijs, nunc pugnis, nunc calcibus tunditur. O amor infinitè! quid retribuam tibi, qui pro me seruo nequam tantum, & innocentissimus, & amabilissimus luis? Fundam Sanguinem: sed nocentissimus est, dignissimus, quem canes lingant. Fundam lachrymas, sed peccatrices sunt, immundæ sunt, Tum, ô æterna Sapiencia dulcis JESU, pro his contumelijs, injurijs, irrisionibus, insanijsque, calumnijs, clamoribus, te honorent, te glorificent, & extollant omnium Beatorum agmina. Vel in solo tuo Nomine benedicte JESU, omne genu flectatur, cælestiũ terrestrium & infernorum. In Nomine tuo omnipotenti, solve animam meam ex iniquitatibus ad gloriam tuam, Amen.

*Christus apud Caipham.*

MEDITATIO.

1. **C**ogita, qualiter Dominus noster, Rex Regum & Dominus Dominantium sub vilissima specie pessimi serui ab Anna ductus fuit ad Caipham, Pontificem illius Anni.
2. *Con-*

2. Considera, quomodo crudelissimi satellites, magis Daemoniorum inferni naturam gerentes, quam hominum, vel canes rabidi, Jesum vi (catena collo circumligata) raptabant per terram, conculcantes, & percutientes eum.

3. Attende, quia ibi juramento Christus adstrictus, aperte se dixit esse Filium Dei. En Sacerdos en Episcopus? & ubinam est cognoscenda alibi veritas? ubi fides? adhuc & Juramento non est credendum? Patiens, & mitis Jesus, quia Juramento coactus in Nomine DEI, à quo venit, & quis sit fassus est veritatem, hoc peccatum? sed Caiphas scidit vestimenta sua, dicens coram omnibus eum blasphemasse.

4. Vide, quia rabia Pontifex ille, satellites & alij in Jesum insiliunt, unus illum pugnis cedit, alter convellit Capillos, ille impedit, alter raptat.

5. Insuper obstupefce. En expuunt in faciem Domini. O novum & inauditum in terris spectaculum! o faciem Domini alapis lividam! o faciem facis sputis maculatam!

6. Considera, homines spuerere volentes, ad sorditos domus angulos se convertere. Scilicet impij illi sordidius nihil aestimarunt facie salvatoris, in qua desiderant Angeli prospicere. O Pater, respice in faciem Christi tui, & miserere nostri, pro quibus sic fœdatur. O si vel modo incipiant oculi mei ubertim flere, ut vel ita eluant faciem Salvatoris mei!

ô mator

ô Mater nunc solvis cum usura, quod in partu non habuisti à natura, Filium pariendo dolorem non sensisti, quem Filio sic patiente passa fuisti.

7. Ulterius obstupesce, immanium bestiarum nox hominum trutulentiam, quomodo hac non contenti carnificina, in profunaiissimum, tenebrosum, fetidum carcerem, constrictum Dominum protrudunt.

8. Ingredere cum Domino tuo Carcerem; quid tibi non tentat Carnificum rabies? En tota nocte requies Domini, commoditta ô Deus?

9. Considera anima mea celsitudinem Domini Dei tui, adeò exinanitam, ut verè non Homo, sed vermis & approbrium hominum ac abjectio plebis nunc dici debeat.

## A F F E C T U S.

**O**Nox, quam meus JESUS habuit ultimam in carne mortali! quale tu spectaculum exhibuisti mundo, & Angelis, & hominibus? Eccè dum medium silentium tenent omnia, en Deus & Homo! ab homine, pro homine in Carcere! en lamentabiles Domini preces audiuntur ad Patrem! ô horror coeli! ô scelus mundi! ô dolor & amor Dei mei! ô Luna quæ tam luctuoso spectaculo testis Sola assistis, quando tu demùm obscuraberis, si luces? quando converteris in Sanguinem? Quid tibi mi JESU cum terra?

ra? quid tibi cum homine? quis audivit inquam tale? ut redimeres servum, Te ipsum servo illudendum tradidisti? O quam indubitata miseratio! quam gratuita, & probata dilectio! quam inopinata dignatio! quam stupenda dulcedo! Regem gloriæ pro vilissimis mancipiis, ipsiq; suis inimicis assumere formam servi, tot suscipere labores & dolores! Quis inquam Parens simile quid fecit pro liberando Filio suo? aut filius pro parente? aut amicus pro amico? quale fecit Deus pro homine, Creator pro creatura, suprema Majestas pro vermiculo? ô Cor meum plusquam lapideum, cur non accenderis amore tui JESU? lapis calore solutus in cinerem vertitur, & tu ad tantum calorem immutabilis perseveras? ô utinam mi dulcis JESU! mille amoribus amem te, mille obsequijs serviam tibi, mille millenis laudibus prosequar te, omnibus diebus ac noctibus vitæ meæ, ac deinde tota, quâ patet, æternitate. Duc me quæso per viam vitæ, ne forte offendâ ad lapidē peccati pedē meum. Libera me de Carceribus imperfectionis, ut compaream coram te benignissimo Iudice, plus misericordem, quam reminiscentem delicta nostra, Amen.

Chri-

Chri-

1. V

vitatem

ad Pala-

versus

quorum

tuer,

machin

2.

ferre l

quantia

vitatem

3.

rogant

tenis lig

4.

sus Do-

so Iesu-

gem &

5.

tur, m

miste C

stare.

stus con

tes per

bris &

*Christus apud Pilatum & Herodem.*  
**MEDITATIO**

I. **V**ide, quod nec dum dies illuxerit, etiam ru-  
 mor captivitatis Dominica per totam Ci-  
 vitatem increbuerat: itaq̄, omnes certatim currunt  
 ad Palatium iustitiæ, ubi à Tentoribus populus ad-  
 versus Christum, concitatur. O quales Seniores!  
 quorum erat differentias componere, pacem consi-  
 tuere, securitati publicæ providere. en factiones,  
 machinationes, fraus guerra.

2. **O**bserva, quomodo Christum decernunt of-  
 ferre Pilato morti condemnandum. O bone Deus,  
 quantis cum ludibriis, impropriis, per mediam ci-  
 vitatem rapitur!

3. **I**nspice Pilatum prodire ad solium plenum ar-  
 rogantia, Christum verò plenum confusione, ca-  
 tenis ligatum coram eo consistere.

4. **A**udi, quomodo reprobi illi satellites adver-  
 sus Dominum tanquam canes effrenes latrant, fal-  
 so Iesum insimulantes, quod se Deum faceret & Re-  
 gem & subverteret populum.

5. **C**onsidera, quod cum in multis Iesus accusare-  
 tur, nec in eo Pilatus causam mortis invenire, re-  
 misit Christum ad Herodem, sub cuius erat pote-  
 state. Eheu miserandum spectaculum! vix se Chri-  
 stus commovere potuerat, & tamen barbari mili-  
 tes per mediam urbem Iesum trahunt, multis pro-  
 bris & sannis afficiunt.

6. Cogita, quod cum videret cum Herodes, putans eum mente captum, spreuit cum exercitu suo ac illudens remisit iterum ad Pilatum. O bone Jesu! quam ignominiose ex conspectu Herodis abstractus sis! quantis ludibriis à tanto militum numero exceptus? quod sordibus petitus? nec enim stulti aliter tractari solent.

7. Contemplare hic cum devotione & compassione quartam Domini raptationem ad Pilatum. Quousque tandem o Domine hac barbara mancipia te protrudent, colaphis cadent, comas evellent?

8. Observa, quod Pilatus volens illum liberare, dederit sortem ejus cum Barabba, homicida scelestissimo, & concesserit populo, ut peteret ex his duobus quem vellet dimitti.

9. Obstupesce incredibilem Christi Patientiam! qui cum esset Deus verus de Deo vero, passus est non modo cum Barabba, infami nebulone comparari. Sed etiam, quod indignissimum est, illi postponi.

## AFFECTUS.

O Admiranda, mi dulcis JESU, tuæ circa nos pietatis dilectio! Quomodo tu, qui tribus digitis appendis terræ molem, qui sedes super hcerubim & intueris abyssos, tam crudeliter, tam immaniter torqueri à reprobis permisisti? Quid commisisti Domine ut sic judicareris? quid fecisti mi dulcis JESU

ut

at adeo crudeliter tractareri? quod scelus  
 tuum? quæ noxâ tua? ô glacies, non cor! cur  
 non liquefcis ad calorem hunc? nullum pro-  
 pter firgi potest, quod non percepit convi-  
 vium, nullum quod corpore pro te JESU  
 non excepit supplicium. Vincit ut fur,  
 consputus ut blasphemator, derisus ut sacri-  
 legus in Deum. O mirabilis dispositio my-  
 sterij! peccat iniquus & punitur justus: of-  
 fendit impius, & damnatur pius: quod per-  
 petrat servus exolvit Dominus: quod com-  
 misit homo sustinet Deus. Quid ad hæc ô A-  
 nima mea? vtinam nunc saltem amem te mi  
 Deus: sed amem ex toto corde, amem ex  
 omnibus viribus meis. Utinam obverferis  
 semper menti meæ ô Vita mea! ô amor me-  
 us! vtinam ad te semper suspirem: ô deside-  
 rium! ad te semper confugiam: ô asyllum  
 meum! semper advolvâr pedibus tuis ô mi  
 Deus; semper exosculer manus tuas ô mi  
 Domine, semper inoleam in amplexus tuos,  
 ô mi Sponse! Cum ad ultimum mei Decre-  
 tum comparuero coram te, non computes  
 me cum latronibus Domine, sed separa me  
 à hædis, & fac cum servo tuo misericor-  
 diam, Amen.

*Prosecunda Feria Sexta, Christus  
Flagellatur.*

1. **V**ide, ut agnum mansuetum impius Pilatus ad sedandum populi furorem, prædæ Tigridum tradit, ut cum flagelis cadant. Ab quantâ cum rabie te mi Jesu adoriuntur! vestibus violentè spoliant, & eas proiciunt humi! Quis auserit te demudare ô Rex Regum? Ah! quanto cum rubore nudus cossissis coram illa maledicta multitudine, Virgo Virginum sponse. O execrandum fere posteritatis facinus! nudatur Deus & Virginea illa candidissimi Corporis membra deteguntur! Quo uno scelere, tot mortes Domino inferri crediderim, quod sunt oculi spectatorum.

2. Inspice cum qua ferocitate Christus alligatur còlumnæ, aliis manibus vincentibus, aliis brachia torquentibus. Et nè multis, ita Dominum stringunt, ut funes disrumpi, & foras Sangvinem proflilere compulerint.

3. Admirare nunc cum lacrymis, Iesum feri crudelissime cutim dilaniari, membra denudari, partes carnis in æra exilire.

4. Vide in tenerrima Carne Domini sulcos, vide Sangvinem defluentem in terram instar riuulorum.

5. Respice humeros, brachia, pectus, ventrem & totum Corpus tui Salvatoris dilaniatum, totum corpus discerptum. O quantum prodigium, amor  
cruci-

cruciat, fundit Sangvinem, dilacerat, & nisi ipse sibi abstulisset, interemisset.

6. Interroga Dominum Iesum, quid sit, ut post tot flagellationes, agnus innocens volutatur in suo Sangvine, propter nimiam debilitatem, & animi deliquium non valens ultra pedibus insistere. Ah! ut truculentæ ille bestie calcibus eum protrudunt clamantes, surge seductor! surge Rex Israel.

7. Inspice, quod doloribus plenus, totus dilaceratus, præ frigore tremat, nudus, dilaniatus & sanguine madidus, ubicunque firmat pedes, vestigia sanguinis relinquit.

### AFFECTUS.

**O**bstupescite cæli super hoc & portæ eius desolamini vehementer. JESUS DEI Filius in flagella nudatus est, JESUS meus Dominus ad flagella paratus est, Nudatus, qui etiam lilia agri vestit. Nudatus est, qui sub umbra alarum suarum nos protegit. Vides hoc Sol, & non obscuraris? aspicitis Angeli, nec mortalium oculos percutitis cecitate? Si hoc Corpus templum Domini est, ubi nebula? si Sanctum Sanctorum, ubi vejum? si tuus est Filius Mater, ubi tunica inconfutilis? si hic filius tuus dilectus Pater æterne, ubi nubes lucida est?

O mæstissima Virgo, quos fontes lachrymarum dicam erupuisse de pudicissimis oculis

culis tuis, cum cerneres Filium tuum coram te ligari, flagellari, & carnem de carne tua, tam crudeliter & immaniter dissecari. O Virgo dolorosa, quomodo vivere poteras, quando in tuo conspectu tot rabidi canes in teneram damulam, tot Sanguinarij lupi in innocentem agnum, tot carnivori accipitres in simplicem columbam, ungues ac dentes excuerunt? Quo obsecro Nate Dei, quo tua descendit humilitas? quo processit pietas? quo tua flagravit charitas? Ego crimen edidi tu torturae subjeceris; ego fruer delictis, tu ad columnam in Sanguine natas; ego pomi dulcedinem, tu fellis gustabis amaritudinem? Quid est hoc? quid fecisti Rex meus & Deus meus? quid retribuam tibi pro omnibus quae tu tribuisti mihi? Benedicant te omnes Angeli. Non hoc satis, benedicat te benignissime JESU, multitudo miserationum tuarum, & amoris tui viscera, in quibus visitasti nos oriens ex alto, in quibus redemisti nos, & lavisti nos à peccatis nostris in Sanguine tuo, & vulneribus tuis. Da nobis per tuam flagellationem, Sanguinis effusionem, ut tu solus nos Pater noster pro peccatis nostris Paternae punias, & Animae Corporisque inimicis nostris minimè nos permittas,

*Pro Ter-*

*Pro Tertia Feria sexta.*

Christus Spinis Coronatur.

I. **V**ide novam truculentiam & immanitatem nefariorum satellitum, qui horridam coronam de spinis, & acutissimis juncis marinis capiti jam satis cruentato insigunt & imponunt,

2. Considera (ut dicit S. Bernardus) illas spinas non solum carnes & nervos perforasse, verum etiam ipsa ossa, nec non ipsum cerebrum penetrasse.

3. Imaginare, quod videas sanguinem per capillos & faciem fluere.

4. Dic ex corde: ô Pater! jam istud caput non semel sudavit sanguinem! cur spinis eundem elicit justitiam tuam? Osacrata spina parce, parce sacro illi & innocuo capiti, venite potius & vertite aculeum contra me. pungite cor meum puncturis poenitentiae, ut si non sanguinem, saltem vel lacrymam possitis è corde duro elicere. Dilatate corona, ut inter istas spinas caput quoque meum inferam.

5. Ulterius mente progredere, & vide quomodo velant faciem Domini turpissima vitia, & percutientes faciem & caput ejus alapis, illudunt ei.

6. Cogita cur velat faciem Domini hæc barbara tenebrarum turba? An quia oculis Divinis sua videri scelera pertimescant? An quia, qui uno ejus aspectu emollitam in lacrymas petram conspexerant, suam quoque mitigandam crudelitatem metuebant.

6. Cogita

7. *Consiste hic parumper, & accurrate perspicere factum Pilati, qui rabiem infernalis turbæ volens sedare, Christum totum deformatum, deturpatum, & tam crudeliter dilaniatum ad propyleum iussit duci.*

8. *Ausculta verba Pilati Christum plebi monstrantis. Ecce Homo Ac si diceret veniat vobis in mentem hunc esse hominem non bestiam; satis in eum sevitum immanius quolibet latrone.*

9. *Converte tu hæc verba Pilati ad Patrem. O Pater! Ecce Homo: Ecce Filius tuus dilectus tam crudeliter dilaniatus! Ecce Homo, plusquam barbarâ plusquam belluina Iudeorum sevitia tractatus. O Mater! Ecce Homo! vide an hæc non tunica, sed caro Filij tui sit? vere fera pessima devoravit eum. O Angeli pacis! ô anima Christiana Ecce Homo! sed eheu! jam verè exclamare poteris, quia non novi hominem, nam non est ei species neq; decor. O peccator! Ecce Homo ecce caput pro te spinis coronatum! ecce facies pro te sputis & alapis livida: ecce oculi in lachrymis & morte natantes! ecce os & labia mox felle replenda!*

#### A F F E C T U S.

**O** Anima mea! non diffuis lachrymis? amore non flagras? Ecce tuus Homo. En vide novum crudelitatis inventum dolorosissimum! en furore quanto! nisu quanto dolore quanto! savissimi laniens, immanes  
mini-

ministri, coronam spinis sensibus hispidam, visu horrendam solo, capiti Salvatoris imponunt, & ipsum penetrant cranium. Ah dolorissime JESU! vivis! natura non succumbit adeo læsa? miraculis opus est, ut graviora pro me patiaris. Egredere nunc filia Syon, egredere ô Virgo Mater, & vide Filium tuum JESUM in diademate, quo coronavit eum Mater tua, Mater improba Synagoga. O Rex mundi! ô gloria cæli! hoc cæne est Regnum tuum in quod natus est? O innocentissimi & Divini corporis benedicta terra, rigata non jam rore, tantum sed sanguine, quomodo spinarum & tribulorum communi maledicto obnoxia facta es? Ergone, qui me gloria & honore coronavit, dolore ipsemet & dedecore coronatur? qui dedit ornamenta aurea capiti meo, servavit tegumenta spinea capiti suo? qui coronat me in misericordia & miserationibus, spinis ipse & sensibus non renuit coronari? qui mihi repositam habet coronam justitiæ solam sibi coronam patientiæ reservavit? O patientissime JESU! quis tibi animus? quem summa humilitate adorant omnes Angeli, hunc coronatum summo ludibrio adorant caculæ vilissimi? ô quale amantissimi JESU opprobrium? irrident, insultant, blasphemant  
alapas

alapas ingeminant, & sputa foetidissima agglomerant usque & usque. O mi Creator, omni Redemptor, quantum tibi debeo! ô si mille corda & linguas haberem, quibus misericordias tuas in æternum concinerem! ô si unquam memoria mea excideret amor tuus! ô si die noctuq; clamare possem cum omni Creatura, quæ in celo est & in terra, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus meus.

### *Pro Quarta Feria sexta.*

Christus Crucem bajulat.

1. **I**nspicere cum lacrymis, quomodo humeris mississimi Agni enervatis & confractis, imponunt ponderosam illam Crucis molem, cæteris omnibus hoc lignum recusantibus. Eheu! quid facies bone Jesu, quia viribus es destitutus?
2. Cogita tecum, quis unquam vidit reum ferre crucem suam & patibulum cui affigendus? contra commune jus gentium est, portare tamen innocentissimus Iesus cogitur.
3. Contemplare Dominum una manu ligatum, altera crucem bajulantem. Heu quam illa inhumaniter ô Jesu cor rodit, & conquassat humeros tuos! quam profunde carni usque ad ossa infigitur! Quid ultra facies mi Jesu? Perge tamen perge mi Redemptor, constanter progredere, erige te mi Jesu, no-

vas assumme vires, deducat te Pater tuus  
caelestis, & confortet, stipent latus tuum An-  
gelici spiritus, & solentur. Proficiscere mi  
bone Viator, proficiscere, ut nos redimas,  
peccata nostra te ligarunt; & in has miseri-  
as adduxerunt.

4. *Considera quoties ob nimiam lassitudinem,  
& carnificum furiam, sub crucis pondere in medio  
plateae Christus corruit! quoties nefarij satellites  
evestigio in eum insiliunt, capillis trahunt, calcibus  
protrudunt, à tergo luto & lapidibus impetunt. O  
prodigium! en cadit Verbum Dei secus vi-  
am, & conculcatur ab hominibus. En cadit,  
per quem cuncti stant; infirmatur per quem  
omnes roborantur; in terra Deus jacet, per  
quem homines eriguntur in caelum.*

5. *Intuere, ut occurrit & mæsta Mater in  
montem Calvariae euntem Filio. Quo pergis ô  
Virgo Mater! inter militum armatorum  
catervas? Ergone dilectum Filium tuum ex-  
tremo supplico affici conspicias?*

6. *Vide quomodo subsistit Dominus, fatigatus  
saxo cuspidem insidens, ultimo Matri inter amplo-  
xus valedicens.*

7. *Meditare nunc, quo cum ardore, quibus  
lachrymis invicem sese complexi sunt. Quoties inge-  
nuisse putas tunc mæstam Matrem lugendo Filium  
& dixisse. Fili mi JESU. JESU Fili mi! quis  
mihi*

mihî det, ut tecum & pro te moriar? Fili mi dulcis JESU.

8. *Contemplare cum qua rabie canes illi, inhumano quodam impulsu improperantes ei, Matrem à Filio repellunt, & eum semimortuum protrudunt*

9. *Vide ô homo! quomodo patiantur & lacrymis diffuunt pro te JESUS & MARIA! cur ergo tu ferreum cor non commoveris? cur non fles pro te ipso?*

### A F F E C T U S.

**T**Uus, ô Domine ingressus in mundum, & egressus è mundo quam dispar est! cantantibus Angelis ingressus es. Ingredientem te Virgo mater utero brachijque portavit; egredienti tibi gravis Crux, ingens illud & infame tormentum, portanda imponitur.

O potentia æterni Patris, quam imbecillis facta es! ô virtus mundi quam infirma es ô sustentator universæ terræ, quam infra omnia abjectus es! Tu æterna firmasti firmum, & nemo te firmat, tu appendisti fundamenta terræ, & nemo te sustentat, tu cum ceciderit aliquis, supponis manum tuam; tibi postquam tam dire collapsus, imò collisus es, nemo ex omnibus adhibet in auxilium ultimum, manum suam O manus ita vincæ! quid mali patrastris? num quem for-

tè occidistis, aut vulnerastis? nunquid fortè rapuistis? quod furum & prædonum instar, constrictas funibus vos video? absit! illæ, illæ manus sunt, quæ omnibus benefecerunt.

Quis ergo mihi nunc dabit aquas, imò quis omnes venas, arterias, nervos, ossa, & universa membra corporis mei vertet in Oceanum lachrymarum, ut plangam in amaritudinæ animæ meæ. JESUM meum Sanguine decoloratum, sputis tædatum, post Sanguineum sudorem, post dura vincula, post crudelem flagellationem, post horridam coronationem, crucifigendum? o Angeli! o creaturæ omnes lugentes lamente-mini! currite abundanter, currite, quia ecce Filius Dei in extremis est. Ecce mundi salus extinguitur. Ecce Salvator noster ad atrocia tormenta, ad vestium spoliationem, ad Vulnerum innovationem, ad felis potum, ad acerbissimam fossis manibus pedibusq; lanienam, ad infame suspendium, ad novos gemitus, ad clamorem validum, & lachrymas & amarissimam mortem pergit.

*Pro Quinta & ultima Feria Sexta.*

Christus Crucifigitur.

1. *S*ubsiste jam cum Christo in Monte Calvarie & diligenter inspicere, quomodo carnisces detrahant cum immani violentia vestes Christi Vulneri-

neribus ob Sangvinem concretum adherentes.

2. Audi cum lacrymis, quomodo *mestissimè* Matri illas vestes ostendunt, horribili cum blasphemiam dicentes: aspice ò improba mulier, num hæc sint vestimenta sceleratissimi Filij tui?

3. Intuere Christum præ summo frigore, toto corpore trementem, cum nudus vento & aëri asperriamæ hyemis tempore exponatur.

4. Cogita, quam ingens confusio ejus fuit, cum viaceret se nudatum in præsentia tantæ multitudinis consistere.

5. Vide cum lacrymis, quomodo Ministri illi infernalibus furis agitati, adorantur Christum, calcibus impetunt, & primo ictu atrocissimè in terram substernunt, horribili clamore vociferantes. adejdam ò seductor populi, ocius super hoc lignum te extende, expande brachia & manus porrige.

6. Deinceps singe animo te coram intueri unò Carnificum Christum capillis tenere, ne se commoveat, alterum pedibus, tertium infigere clavos, & manus extendes.

7. Penetra hic si potes, cor benedictæ Matris, quod examinabatur, ex auditu ad tam diros ictus. Ah! dimitte ò clavi istas innocentissimas manus & pedes! satius configite cor meum illudq, compassione vulnerate!

8. Ulterius inspice quâ immunitate carnifices suæ pedes constringunt, & tanta cum rabie trahunt

## FERIA SEXTA.

372

ut omnia ossa laxent ac loco moveant, & omnia vulnera dilatent, propter manuum & peduum extensionem denovo Sanguis stillat per corpus in terram, facile ossa ejus numerari poterant.

9. Obstupescit, quam potentissime ipsa vi, sine acuminibus clavos per manus & pedes Christi Domini malleis figendo transire cogunt, & quod funibus trabendo expedire non possunt, clavibus per trabendo exequantur, sic Cruci affixum, extensum, hinc inde distrahunt, illudunt, molestant, & quis malevolentiam eorum concipiet, nec excogitari potest. Insuper, Crucem cum eo erigunt, & inexcaveatam scrobem immenso cum sonitu cadere permittunt. O quanta cum angustia ad terribilem hanc concussionem, disjuncta sunt Christi membra, conturbata interiora ejus, & cuncta ossa cum incredibile dolore loco mota. Quæstis: sæpe ô anima Christiana à Domino tuo Jesu & dixisti: Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie? Ecce cubat in Monte Calvarie, medius inter latrones, nudus, lividus, cruentatus, in jacet exporrectus in duro lecto Crucis.

## AFFECTUS.

**O** Spectaculum ab orbe condito luctuosissimum! Dei Filius suspenditur, Dei Filius occiditur! laxentur in gemitus ora, mergantur oculi nostri lachrymarum pelago. Veni, accurre, Oriens, Occidens, Septem-  
trio,

trio, Meridies! Ecce panditur terra Sancta, beati pedes, venerandæ manus, benigna brachia, amabile pectus! Aspice nunc, o Pater caput Filij tui, propter tot canales Sanguineos defecisse! intuere cervicem olim instar nivis candidissimam, nunc inclinatam & exsanguem. Defige oculos o Mœsta Mater in faciem dilecti Filij tui, & in membra conquassati Christi tui! vide quam obscurata sit pulchritudo oculorum! quantum palleat calor regij vultus! o Deus! o JESU mi! adoro te in hoc throno doloris & ignominia! O si mihi liceret per te, ut sacram pedum tuorum aram, millies deosculer, manantemq; inde cruorem lachrymarum imbre diluam. O si submitteres tantisper verendum calo & terris caput, vultum miserabilem, Sanguine innatantem suo, ora illa plumbeo mortis colore pallentia, amoris roseo igne purpurascentia. O animâ meâ! dic saltem à longè vltimum vale Salvatori tuo. Vale ergo mi Redemptor! vale ô Frater amabilis nimis! vale o Sponse animarum nostrarum. Sed prius ante discessum ad benedictionem, da Frater amplexum. Da crucifixoribus tuis orationis affectum, latroni Paradisum, Matri Filium, Filio Matrem, mortuis vitam, toti mundo Sanguinem tuum, Amen.

AD VES-



vum peculium facile dispensatur. Nihil sibi ex suo restabat præter Matrem, & hanc tradidit Discipulo.

7. Ecce Filius tuus, ô voces miras, mortaliumq; cordibus optatissimas. Filium effici Virginis quid dulcius? O Mater! non dedignare nos filios, quoniam Deus non est dedignatus te Matrem.

8. Consummatum est. Quod consummatum est Domine JESU? dolores tui, passio tua, charitas tua? ita sanè. Omnia transferunt, consummata sunt, præcipuè charitas tua, qua cum dilexisses nos usq; in finem dilexisti.

9. In manus tuas Domine commendo spiritum meum. O si & meum, mi dulcis JESU, in agone egredientem de corpore spiritum in manus tuas susciperes! ô si me reciperes, & omnes mecum agonizatueros in lateris tui patentem aulam, misericrorum arcem, penitentium triclinium!

10. Et inclinato capite emisit Spiritum. Ergone meus JESUS clamans voce magna, inclinato capite, ut mihi amplexum, mihi det osculum reconciliationis inclinato capite, ut mihi dicat ad aurem cordis mei: morior, amore tui; inclinato capite, ut inspiret in faciem meam spiraculum vite, inclinato capite tradidit spiritum?

AFFE-

## AFFECTUS.

**O** Anima mea! tradidit pro me JESUS spiritum, & ego spiro? verbum æternum pro me filuit, & ego loquor? Filius Dei pro me mortuus est, & pulcherrimus ille nexus purissimæ carnis cum sanctissima dissolutus est, & ego vivo?

Cur non venies o hora, ut ego moriar, si & Dominus meus Jesus mortuus est? cur non saltem compassione morior ego, cum jam expiraverit in Cruce vita mea? Et si non habeam mi JESU puritatem & sanguinem tuæ Matris, ut dignè tibi compatiar, latronis tamen pravitatem habeo, ut ad latus tuum crucifigi debeam. Et si non sum tanquam velum nobilissimum templi, ut in morte tua scindar, sum tamen monumentū foetidissimum, ut ad apertionem tui lateris aperiri debeam.

Quid in me quæris dulcissime Jesu? si in morte tua petra scissæ sunt, & ego durior sum petra. Si terra mota est, & ego terrenissimus sum. Ipsum etiam ferrum voluisti tuum corpus vulnerando intrare, & me intrare per facta vulnera non permittes? Nū quid cor meum est durius omni ferro? Etsi cælestis non sum in compatiendo tibi, nec queam cum Sole obscurari, tamen infernalis

lis conversationis sum, ut saltem in triduo  
 mortis tuæ à te debeam visitari. Cur enim  
 fecisti me Domine, si non debeo esse tibi  
 conjunctus? aut si tibi sum conjunctus, qua-  
 re pariter tecum non sum vulneratus? No-  
 lo mi JESU vivere sine vulnere, quia te pro  
 me video vulneratum. Et quia acerbissimam  
 Passionem Humanitatis tuæ Divinitas adju-  
 vit, scis Domine majores corporis mei im-  
 perfectiones, quam ego ipse, da mihi gra-  
 tiam tuam semper, & adjuva me, ut dum a-  
 liquid adversi ex se, sive per aliquem in vi-  
 ta, honestate, substantia permiseris contra-  
 me, ne impatientia peccem. sed libenter ex  
 amore tuo suscipiam & sufferam omnia in  
 laudem & gloriam Tuam, & salutem anima-  
 meæ Amen.

## O R A T I O.

*Post finitam hanc Devotionem.*

**O**Mnipotens mi Deus, quid coram Te  
 dicam peccator, dum considero amoris  
 tuum, quia non pepercisti Filio tuo. O a-  
 mor JESU Filij tui, & Passionis tam acerbis-  
 simæ Ejus, & hæc omnia propter me. Quid  
 dicam miser? quid? Ecce tamen in peccatis  
 sicut porcus in luto maneo, & licet correctio-  
 nem toties spondeo, nihil horum, tantum  
 mentior, conscientiam decipio, & sicut ca-

nis ad vomitum iterum ad peccata mea re-  
 deo. Et quid faciam? an forsan cum Iuda  
 me suspendam? an in desperatione commit-  
 tam me Diabolo? Dignus sum horum omni-  
 um pro peccatis meis, dignus, sed jam ni-  
 hil ad me spectat anima mea. Sangvine JE-  
 su Christi empta. Quid faciam? scis Do-  
 mine scis & melius quam ego imperfectio-  
 nes meas. Ecce Sanguis Jesu & Passio ejus,  
 hæc pono inter te & me. Respice Pater  
 cælestis faciem Filij tui, Sanguinem & Pas-  
 sionem ejus, non propter me fac peccato-  
 rem, sed per amorem ejus, in quo tibi o-  
 mnia benè complacuerunt, in Nomine ejus  
 Jesus, Jesus, Jesus, per dolores & passio-  
 nes Matris Jesu Christi, Ancillæ tuæ, sponsæ  
 Spiritus Sancti, ne in vanum hic Sanguis &  
 Passio ejus sit, nec pereat, quæso, miserere  
 omnium peccatorum meorum, dimitte ut  
 DEUS, quia peccavi ut homo. Tuum est  
 misereri & parcere, qui non vis mortem  
 peccatoris, sed magis ut convertatur & vi-  
 vat. Et Filium tuum non misisti ut salvaret  
 justos, sed peccatores. Non quæras itaque  
 Domine non quæras ultra peccatorem ma-  
 jorem, en me habes primum maximum.  
 Habes cui miserendum sit, nisi velis. Post  
 remissionem, de perfectione tua da mihi e-  
 riam

tiam, nullo meo privato respectu, sed in  
 vivam ad laudem & gloriam tuam. De  
 Ecclesiæ Sanctæ pacem & propagationem  
 Fidei, Concordiam inter Principes Christia-  
 nos. Inimicis nostris, quia nesciunt quid  
 faciunt, remissionem & resipiscentiam; be-  
 nefactoribus nostris, singulariter NN. gra-  
 tiam & benedictionem, fidelibus defunctis  
 requiem æternam per Mortem & Passionem  
 Filij tui Jesu Christi concede. Tum in NN.  
 (dic tuam petitionem) exaudire me digne-  
 ris; nihilominus si hoc placet voluntati tuæ  
 Divinæ, & salutari animæ meæ, Amen.

## O R A T I O

*Contra omnia pericula Corporis & Animæ.*

✠ **C**RUX Christi quam semper adoro. ✠  
 CRUX Christi superet omne gladium.  
 ✠ CRUX Christi sit mihi in Porta & vera  
 defensio mea, ✠ CRUX Christi sit admirabi-  
 le signum. ✠ CRUX Christi sit mihi potestas  
 ✠ CRUX Christi sit mihi votum omnis boni.  
 ✠ CRUX Christi defendat me ab omni malo.  
 ✠ præsentis, & futuro. ✠ per hoc signum  
 Crucis ✠ sit mihi augmentum gratiæ Divi-  
 næ. ✠ CRUX Christi avertat à me omnes ad-  
 versitates hujus mundi. ✠ CRUX Christi sit  
 mecum & defendat me, ante me & post me,  
 ut satan, ubi me viderit, fugiat à me. ✠ Per  
 hoc

hoc signum Crucis. ✠ fugiat à me omnis  
 malignus Spiritus. ✠ Pax. ✠ Heloi ✠ Te-  
 tragrammaton. ✠ Dydai. ✠ Pantajeton. ✠  
 JESUS autem transiens per medium illorum  
 & nemo iniecit manus in eum. ✠ Fons ✠  
 Principium ✠ Finis, ✠ Veritas. ✠ Omni-  
 potens ✠ JESUS. ✠ In Nomine Patris, ✠ &  
 Filij, ✠ & Spiritus Sancti, Amen.

## O R A T I O

*Contra omnia pericula & Veneficia.*

**E**Cce pono in fronte Vexillum Fidei, ✠  
 Christi Salvatoris, signum victoriae ✠  
 Regis gloriae, Regis Judaeorum ✠ Filius  
 Beatissimae Virginis MARIÆ, Victor mortis  
 pro nobis peccatoribus, sub Pontio Pilato  
 Crucifixus, mortuus, & sepultus, custodiat  
 me hodie ab omni mutatione sensuum &  
 corporis; à persecutione Satanæ & malicia  
 humana; à potestate Inimicorum Visibiliū  
 & Invisibiliū; ab omni Veneficio, Veneno  
 dolore, tribulatione, afflictione. timore, pu-  
 dore, calumniis, scandalo, periculo ab igne  
 & aqua, omni excessu, & damno, a serpen-  
 tibus & bestiis virulentis, à subitanea & im-  
 provisâ morte, Potentia Dei Patris ✠ &  
 Filij ✠, & Spiritus Sancti ✠ *Dic post hac Pa-*  
*ter noster in memoriam omnipotentie Dicitur Ave*  
*Maria, in memoriam meritorum B. M. V. Credo*  
*in memo-*

*in memoriam vite & Passionis Christi Domini, In fine dic.* ✠ Christus Rex Fortis venit in Pace, & Deus Homo factus est.

*Oratio contra pestem.*

✠ **M**ortem ✠ pro nobis ✠ subiit, ✠ pendens ✠ in ✠ ligno ✠ Crucis ✠ Mortuus ✠ Christus ✠ transfixus ✠ pedibus ✠ ad Crucem ✠ Clavis ✠ etiam ✠ transfixis manibus. Auxilium petimus à Deo, qui fecit cælum & terram.

O R E M U S.

**A**d te preces nostras cum lachrymis fundimus Pater cœlestis, ut nos à tanta lue Pestis liberare digneris, Jube Angelo tuo percutienti, ne nos ultra percutiat, nec occidat. Et fac in Nomine Domini nostri JESU Christi. Qui tecum &c.

*Pathos B. M. V. ad Christum in sinu suo jacentem, de Cruce depositum.*

- O** Inexhauste fons Veritatis, quomodo factus es exhaustus!  
**O** Sapiens hominum Doctor, quomodo demutuisti!  
**O** Splendor æterni luminis, quomodo extinctus es!  
**O** os veritatis, quomodo elinguis es!  
**O** Vernans amor, quomodo facies tua deformata est!

JESU

O altissimæ Divitiæ, quomodo apparetis mihi in tanta paupertate!

O amor animæ meæ, quam multiplices sunt hodie dolores tui!

JESU Christe, nobilis Creator, miserere hodie omni Cræaturæ, Amen.

## ATTRIBUTA DIVINA.

### Ad MATUTINUM.

#### Justitia Dei.

*Deus Fidelis, & absq; ulla iniquitate, justus & rectus. Deut 32,*

**N**ullus, Domine, dignè potest exprimere magnitudinem & multitudinem suppliciorum, quæ peccatoribus præparasti, & assignasti olim perferenda per omnipotentiam tuam. Sicut misericordia tua est infinita, ita infinita est justitia tua; quæ infinitis modis non tantùm in futuro sæculo, sed etiam in isto, quod proprium est misericordiæ contra peccatores manifestabitur: ut omnes discant te timere, & qui benignitate suavissimi Patris non moventur, saltem severitate justissimi Judicis terreantur, qui non finet malum

ullum impunitum, neque bonum ullum irre-  
 muneratum abire: quia apud te non est ac-  
 ceptio personarum, cum sis justissimus Judex  
 Delectat me, Domine, placetq; mihi hæc  
 tua justitia, quasi vel tantillum possem te  
 privare, ne posses punire peccata mea, nõ  
 facerem: imò protestor, si malitiã meã, du-  
 ritiã, & obstinatione nollem converti ad pœ-  
 nitentiã? adq; adeo si induratus, impenitens  
 desperatus mori vellem (quod grande ma-  
 lum, ô Deus meus, procul à me averte) si  
 tamen eo usque desiperem, ex hac hora  
 protestor, & volo ut justitia tua locum ha-  
 beat, mittatque me ad æterna supplicia: ut  
 quia voluntaria, & salutifera pœnitentia no-  
 lui glorificare misericordiam tuam, saltem  
 in tormentis glorificem justitiam tuam. Sed  
 ô mi dulcissime Domine, dum ago hanc vi-  
 tam, possum per gratiam tuam provocare  
 à tribunali justitiæ tuæ: ad tribunal miseri-  
 cordiæ tuæ: & ided hæc hora pro semper,  
 magna fiducia Domine, toto corde, totã a-  
 nimã totis viribus misericordiam tuam ap-  
 pello, teque obsecro per Jesum Christum  
 Filium tuum, ut ignoscas mihi peccata mea  
 ne horrendo justitiæ tuæ tribunali reus sistar,  
 Sanctè promitto, me in posterum, cum Di-  
 vino auxilio tuo, emendare velle vitam me-  
 am, &

am, & vivere, ut decet servum bonum: ut per veram penitentiam, suavius & dulcius tua misericordia glorificetur, Amen.

Ad VESPERS.

Misericordia DEI,

*Deus misericors, pater, & multæ misericordie.*

Psalm. 85.

**M**isericordissime Domine, tu illa immensa Misericordia es, quæ excedit infinitè omnem miseriam & malitiam nostram. Primum enim, tu eduxisti me ex nihili tenebris, & dedisti mihi vitam, & nobilem naturam, factam ad imaginem tuam, ut cum ea maxima ornamenta, intelligentiam, iudicium, rationem, memoriam, voluntatem contulisti. Deinde ab humili statu naturæ elevasti me ad sublimem statum gratiæ, ad optando me in filium tuum. Præterea, primis duobus statibus alium nobilissimum adijunxisti, nimirum statum gloriæ: nam multò perfectiora, & excellentiora sunt dona gloriæ, quàm gratiæ. Ad hunc gradum immensa tua bonitas, & misericordia me destinavit. Quare, ô anima mea, si obrinisti secundum gradum, satage ut evadas etiam ad hunc tertium: ut præsertim quia habes tot præsidia & adminicula ad consequendam tantam felicitatem: ut sunt SS. Sacramenta  
relicta

relicta, & acquisita nobis à Christo JESU Domino nostro: qui etiam pro complemēto & cumulo omnium beneficiorum Sanctissimum Sacramentum pretiosi corporis & Sangvinis sui nobis reliquit. Ah Domine! illumina cor meum, ut possem cognoscere immensam misericordiam tuam, cognitamq; magnificiam, & habeam semper ante oculos, uti ducem & regulam; donec miseræ hujus vitæ vinculis expediar, & anima mea obstricta tuæ benevolentia nexibus, & tam exquisitis beneficiis, respondeat, toto corde te amando, totam se dedicando, Sanctoque tuo servitio & honori se mancipando. O serviam tibi Deus meus! totâ vitâ meâ nihil aliud cogitem, quàm facere quod sit ad gloriam tuam, & ad eandem tanquam ad scopum optatissimum omnes meæ actiones, vires, dotes tam naturæ quàm gratiæ dirigantur, Aliæ vires meæ tum corporis, tum animi non intendant, spectent, quærant, quâ facere Sanctissimam voluntatem tuam. Et ô utinam aliqua saltem ex parte cor, respondeam infinito tuo amori, quo me semper persecutus fuisti, ut tam magno benefactori non sim omninò ingratus. *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt Nomini Sancto ejus. Benedic anima mea Domino, & non li oblivisci*

li obliuisci omnes retributiones ejus. *Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes iniquitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum, & sic renovabitur ut aquila juvenus tua.* Benedicite similiter mecum Domino omnes Angeli & Archangeli; & vos omnes Principatus & Potestates, omnes Virtutes & Dominationes omnes Throni Cherubim & Seraphim. Benedicite inquam & laudate, & iterum sine fine laudate communem Dominum nostrum: quia fecit nobiscum non secundum iniquitates nostras, sed secundum magnam & Paternam misericordiam suam. Laudate illum cæli, Terra, Mare, & omnia quæ in eis sunt, laudate & super exaltate eum in sæcula. Datur ergo Deo gloria ab omni creatura, benedicat, & gratias agat Domino omnis creatura in omni loco Dominationis ejus: & hoc fiat in sæcula sæculorum, Amen.

*Canticum trium Pueror.*

**B**enedicite omnia opera Domini Domino, Laudate & super exaltate Eum in sæcula. Benedicite Angeli Domini Domino, benedicite Cæli Dominõ.

Benedicite Aquæ omnes, que super Cælos sunt Domino benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol & luna Domino, benedicite  
Stellæ Cæli Domino.

Benedicite Ignis & æstus Domino benedi-  
cite frigus & æstus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino, bene-  
dicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & nives Domino, bene-  
dicite noctes & dies Domino.

Benedicat Terra Dominum Laudet & super  
exaltet Eum in sæcula.

Benedicite montes & Colles Domino, be-  
nedicite Universa germinantia in terra  
Domino.

Benedicite fontes Domino, benedicite Ma-  
ria flumina Domino.

Benedicite Cate & omnia quæ moventur in  
aquis Domino, benedicite omnes volu-  
cres Cæli Domino.

Benedicite omnes bestia & pecora Domino.  
benedicite Filii hominum Domino.

Benedicat Jsrael Dominum, laudet & super-  
exaltet eum in sæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino be-  
nedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus & animæ Justorum Do-  
mino, benedicite sancti & humiles corde  
Domino.

Benedicite Anania, Azaria Misaël Domino,  
laudate

laudate & superexaltate Eum in sæcula.  
 Benedicamus Patrem & Filium cum S. Spi-  
 ritu, laudem⁹ & superexaltem⁹ Eū in sæcula.  
 Benedictus es Domine in firmamento Cæli  
 & laudabilis, & gloriosus & superexaltatus  
 in sæcula. Gloria Patri & Filio & spiri-  
 tui sancto sicut erat in principio & nunc &  
 semper & in sæcula sæculorum Amen.

*Meditatio contra Iram.*

CIRCA hæc Attributiona Divina, Iustitiæ &  
 Misericordiæ, æque abominandum est  
 peccatum Iræ. An miser Homo, à primo  
 Parente justam ex occasione Originalis pec-  
 cati non meruit Iram Dei? Quid agit boni-  
 tas Divina? ecce sic nos dilexit, ut Unigenitū  
 Filium suum, in quo sibi totū compla-  
 cuit, pro nobis Morti tradidit. Quomodo  
 itaq; hoc retribuemus ipsi? pari amore er-  
 ga proximum ad similitudinem & imaginem  
 ipsius Creatum. Homo, qui proximum non  
 diligit, non potest verè dicere, quia De-  
 um diligit: quidquid boni agimus, nihil est,  
 si Fratres non amamus. *Hoc est præceptum  
 meum dicit veritas Christus IESUS, ut se ad in-  
 vicem diligatis, sicut & ipse diligo vos.* Et si ni-  
 hil haberent homines occasionis dilectionis,  
*hoc solo, quia diligit nos Christus, an non satis es-*  
 set.

set obligationis nostræ; ut omnino sincerè diligamus nos ad invicem. Nimè implacabiles essemus durique, quos Christus diligit eos odio habeamus. Verum ego sic omnes diligo homines ut me diligit Christus, hoc est; ut sim paratus dare omnia & vitam pro illis. Impossibilis est talis vel summè difficilis resolutio, & tamen hæc in Christo, & simili in bono Christiano tenetur esse. Qui diligit proximum præceptum adimplevit, Rom. 3. Minus hoc est, dices Christiane, diligere proximum gratum amoris, sed quid est optandum vel contendendum boni Inimicis & ingratis? superbient & illudent tibi, Peccas & à via veritatis recedis: si verum habemus amorem, tenemur & inimicos nostros diligere.

Exemplum dedit nobis Christus, præcepit Deus, & nobis erit difficile hanc legem adimplere. Dimisit crucifigentibus, nos levem aequalibus non dimitemus offensam. Non inveniet hæc animam misericordiam, quæ non vult parcere. Deus nobis hæc conditione dimittit peccata, si & nos debitoribus nostris dimiserimus, quoniam sic eum rogamus: aliter Christianus faciens, & sic orans, ulciscens, vel vindictam cogitans ipse se condemnat verbis iuris, ore suo, quoties dicit Orationem Dominicam. Omnino necessarium est ut diligamus & inimicos nostros, quoniam & nos sumus per nostra peccata Inimici Dei. Vindictam cogitas dicit S. Augustinus

stinus, cum sis Christianus, & mors Christi Domini, cujus tu causa es, adhuc caret vindicta. Ad extremum cogitas, & proponis proximo tuo vindictam, & non cogitas quia sis ei par juxta Deum, quâ potestate præsumis vindictam? Potentior es eo, scias te cum eo sub una manu esse Potentis Dei, potest impedire, & te opprimere, vel a pari tibi recompensare. Recordare, & spera omnino parem à Domino recipiationem. Qui fratrem suum odio habuerit, homicida est. I. Joan. 7. O quam strictas vos Hypocritæ, simulantes charitatem reddetis Deo rationes; ab! & sentietis in aeternum.

## Oratio contra Iram.

**M**itissime ac patientissime Jesu Christe, qui nostros Inimicos & Calumniatores & qui nos persequuntur, diligere nobis præcepisti; imò ipse pro inimicis tuis in ipsis doloribus orabas, supple modestiam & patientiam nostram, ut omnibus Inimicis nostris, quidquid ab illis patimur, animitus condescendamus, offensas dimittamus, omnia patienter feramus, & sic victores evadamus. Insuper Inimicis nostris veram pacem & amorem largiri digneris, ut peccatorum Suorum veniam obtineant, sine agnitione peccati & pœnitentia vera non moriantur. No-

bis quoq; peccatoribus bone JESU da veniam & gratiam, ut mala pro bono à te suscipiamus. Sis semper nobiscum, ne quando dicat Inimicus noster, prævalui adversus eos.

*Meditatio pro Feria Sexta.*

De Passione Domini.

PUNCTUM I.

**C**onsidera, quid Passus sit in Horto?

AFFECTUS, Quis illi non compatitur? & propinatum Passionis Calicem, de manu ipsius admittat?

PUNCTUM II.

**C**onsidera, quid in Urbe sustinuerit, apud Annam, Caipham, Pilatum, Herodem, &c.

AFFECTUS, Hic nulli deesse potest.

PUNCTUM III.

**C**onsidera, quæ Christum in Monte Calvarie sustinuit, in detractioe vestium manuum at pedum transforatione quæ locutus est in Cruce, &c.

AFFECTUS, Inspice vulnera pendentis, Sangvinem morientis, prætium redimentis, caput habet inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplexandum, hæc quanta sint, cogita, hæc in statera cordis tui expende, ut totus tibi figatur in corde, qui pro te totus affixus est in Cruce, S. Augustinus de Virg.



cum ipsa esse Dominum, Caelestis à Deo Nuntius certificaverit, vix audit haec. Virtus altissimi obumbrabit tibi MARIA, ut veri Salomonis prudens Mater. Matt. 12. Exinde sine discursu ulteriori cum Angelo, satius se libera dispositione Divina subijciendo, quam arcana ejus indagando, non se exploratricem sed Ancillam Domini confiteatur esse. Et Apostolis dictum. Non vestrum est nosse Mysteria Dei. Tu verò ex pruritu insipientia tua, vis, comparari Deo, & examinare eum. Cur? sic eum vis habere circumscriptum in limitata potestate, quod non possit plus ultra agere, quam tu putas, vel potius vis, & cupis, quae soli Deo constant, & à solo capi possunt, & dependent. Sapientiã Dei omnia præcedentem quis intelliget? Eccl. 1.

Sed ne, & anteriori sensu sacrae literae, deroges Honori Divino in Maria, habes ejus aperte innocentiam. Verum est, erat Dei edictum pro originali peccato & maledictio super semen Ada. Ne tamen super B. M. V. puritatem & ejus integritatem hoc extendatur, eo instanti & in continentia circa publicationem prænominati Decreti, excipit Beatissimã, respectu Maternitatis Castam Castissimo Filio suo ante secula Incarnaturo Verbo, dicens ad serpentem! Ponam inimicitias inter te & Mulierem. Gen: 3. Quia omnes tibi Originali peccato, erunt subiecti, haec sola Mulier ut Mater Dei Filij quia Immaculata, inimica erit, erit enim hoc

*nim hoc Decretum, & ideo* Conteret Caput tuum  
*libid.* In qua Verba dixit S. Augustinus. Sub-  
 ectio peccati Originalis, est Caput Sathanae  
 sic hoc caput MARIA contrivit quia nulli-  
 us peccati subjectio habuit accessum in ani-  
 mam Virginis, & ideo ab omni macula libe-  
 ra erat. *Idem Blossius, Serm. 1. de Adventu*  
*Bernardus Hom. 2. & alij asserunt, Et sic in*  
*Maria, solius Dei agnoscimus mirabilia. Et qui*  
*derogat honori Beatissimæ, non ipse, sed Deo. Ecce*  
*ipse Paganus, Machometus, quomodo testatur in sua*  
*Religionis Libro Alhoron dicto. de MARIA, O*  
 MARIA supra omnes Viros & Mulieres ex-  
 cellentior! Deus enim elegit te, & fecit te  
 Castam supra Mulieres sæculorum.

*Quia nata est, ut ceteri homines, mortuaque,*  
 & proinde est equalis Conditioni natura peccantis?  
*Audi quid dicit S. Augustinus. Serm. de Assum.*  
 Tali modo Christus, ut Beatissima Virgo,  
 mortui; nec timemus dicere quia Mortua,  
 si quidem eandem sortem Filius ejus, qui  
 Deus & homo est, ex conditione humana  
 assumpsit. *Hæcine est, erga infinitam bonitatem*  
*Dei gratitudo? Terribile erat Nomen ejus terribi-*  
*lis visso, ecce Homo factus est ut audacius sicut*  
*homo accedas ad Hominem. Habuisti primam Ma-*  
*trêm Evam, Matrem mortis; en habes Mariam*  
 Matrem viventium. Gen. 3. Patribus nostris  
 promif-

promissam Isa. 7. In hoc Tabernaculo requie-  
vit Dominus. Eccl. 24. *Et quomodo purissi-  
mus in impuro requiesceret, quem excitat, & ad  
irram commovet minimi peccati impuritas? Et ideo  
qui vult per Mariam gratia Divina assequi effe-  
ctus, & verè esse erga illam devotus; expedit au-  
te omnia ne Filium ejus offendat: qui enim offendit  
eum ac si denuo Crucifigeret eum, ô quàm ingratus  
est hoc Matri! Pro his tantùmmodo Beatissima Ma-  
ria Virgo intercedit ad Filium, qui penitentes ex  
peccatis suis exurgere volunt, & per illam redi-  
re in gratiam; sublevat eos, qui sublevari curant.  
Unde, Regna Tu nobis unà cum Filio tuo  
Jud: 8. Et per te & Dignitatem tuam, Deo, &  
ejus Dignitati, sit Laus, Honor, & Gloria in sa-  
culis seculorum, Amen.*

## ORATIO DOMINICA.

*Pater noster qui es in caelis.*

**O** JESU Verbum & Fili Unigenite Æter-  
ni Patris, qui cum esses in forma Dei,  
& in sinu Patris, non rapinam arbitratus es  
te æqualem Deo, temetipsum exinanisti, de  
caelo in terram veniens, & illibatae Virginis  
uterum ingrediens, Filius hominis, & frater  
noster fieri dignatus es; immo servi formã  
accepisti, sicq; in terris visus, cum homini-  
bus conversatus, & salutem nostram opera-  
tus es in medio terræ. Et demum consum-  
mato

quie. mato Redemptionis opere, reversus es ad  
 eum qui misit te; ut nos quoq; in celum re-  
 ciperes, hæredes quidem Dei, totus autem  
 cohæredes. Itaq; per Matrem tuam, o JE-  
 SU, accessum habeamus ad te, qui per ipsam  
 datus es nobis. Excusat apud te, integritas  
 eius culpas nostræ corruptionis: & humili-  
 ejus tibi tam grata nostræ veniam impetret  
 vanitati; & superbix, copiosa Charitas ejus  
 nostrorum cooperiat multitudinem pecca-  
 torum: & fœcunditas ejus gloriosa fœcun-  
 ditatem nobis conferat meritorum. Impri-  
 mis verò rogamus per ipsam ut.

*Sanctificetur Nomen tuum.*

**M**agnus enim es Domine, & laudabilis ni-  
 mis: sed non est speciosa laus in ore  
 peccatoris. Ergò succurrat inopiæ & In-  
 dignationi nostræ Virgo Deipara, Mater,  
 inquam tua. Nam si a laudato laudari, ea  
 demum vera laus est, quis hominum, imo  
 quis Angelorum, ad Sanctificandum Nomē  
 tuum tam erit idoneus, ac Sanctissima Ma-  
 ter tua? Et ecce, Magnificat anima ejus Do-  
 minum, quia fecit ei, & per eam nobis ma-  
 gna, qui potens est, & Sanctum Nomen tu-  
 um. Et dum Matris tam admirabilis Nomē  
 & magnalia omnis celebrat Ecclesia; Nomi-  
 ni tuo, o JESU, debetur gloria, ut flumi-  
 na ad

na ad locum, unde exeunt, revertantur; & iterum fluant uberius.

*Adveniat Regnum tuum.*

**O** JESU Fili David, qui natus es Rex Judæorum de MARIA Virgine, Cæli Regina, ut nos Regno extorres reduceres, & Rex esses super nos, regnaturus in domo Jacob, cujus Regni non erit finis. Quando enim placuit Regiæ clementiæ tuæ visitare plebem suam, à qua diu elongata fuerat; hæc sola Virgo digna inventa fuit, in cujus Virginali, aula, tu Rex Regum à regalibus sedibus veniens, thronum tibi, & primam mansionem inter filios hominum eligeres. Illud itaq; Regnum nobis adveniat, cujus ut nos cohæredes efficeres, ingressus es uterum Virginis, & exinanisti temetipsum formâ servi accipiens; in qua contumelias, injurias, flagella, & mortem deniq; Crucis pati voluisti, & ita intrare in gloriam tuam. O Rex gloriæ, destrue regnum peccati & Sathanæ; & regna in nobis modo per gratiam, ut demum nos tecum regnemus in gloria.

*Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra.*

**F**AC nos, ô Domine, prompte & alacriter tuæ obedire voluntati; idq; exemplo Matris tuæ, quæ ad insolitum Angeli conspectum, & affatum turbata quidem est; mox tamen

tamen voluntati tuæ se promptissimè submit-  
 tit *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum ver-  
 bum tuum.* Imò, & tuo ipsius exemplo,  
 qui etsi verus Deus, tamen paruisti Matri,  
 nec non Patri nutritio tuo, *Et eras subjectus  
 illis.* Nonne Deo subjecta erit anima mea,  
 imo etiam homini propter Deum, quando  
 & Matri Dei, & ipsi Dei, nihil prius fuit  
 quam patere,

*Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.*

**T**UM Corpori, tum Animæ necessaria de  
 manibus tuis expectamus. Scis enim, ô  
 Pater! quia his omnibus indigemus. Sed &  
 Mater tua nostri sollicita pro filiis suppli-  
 cat. Nam uti quandam in nuptiis, inopiam  
 Sponsi & Sponsæ non dissimulat; ita & no-  
 stri quoq; curam gerit, tibiq; penuriam mi-  
 serorum suggerit. Audi, ô pie JESU inter-  
 cedentem pro nobis. Tunc qui misertus  
 super turbas, tot millia sæpius satiasti, no-  
 bis per Matrem rogantibus Panem negabis?  
 Sed ecce *Panem* quem imprimis desidero,  
 illa ipsa Mater tua coxit in Utero suo. Me-  
 mento Domine, quia Caro es de Carne ejus,  
 in Bethleem, id est, in Domo Pacis, genitus,  
 & per eam in præsepio, velut pabulum ju-  
 mentorum repositus. Et an ut jumentum  
 factus ego sum ante te? Quis det mihi fre-  
 quenter

quenter, & competenter edere de fructu illo Ventris, quem terra illa benedicta, quæ omnino inculta, nec fossa, nec seminata, de solo rore cæli germinavit Panem Angelorum, alimoniam vitæ æternæ, Pasce me pro necessitate corporis, sed imprimis animæ; qui das escam omni carni, & pullis corvorum invocantibus te. Aperis manum tuam, & imples omne animal benedictione.

*Et dimitte nobis debita &c.*

**N**AM grandi debito tibi nos obstrictos fatemur, & plusquam decem millia talentorum tibi debemus. Heu bone JESU! solvendo nos sumus. Sed apud te Domine misericordia. Et ecce Advocatam pro nobis apud te Matrem tuam. Nemo enim ad hanc idoneus, ut hæc Mater Amantissima, Mediatrix nostra; per quam primum suscepimus misericordiam tuam Deus. Hæc est illa, in qua inæstimabile opus misericordiæ quod prædistinguisti, ô Deus! ante sæcula in Redemptionem nostram, primum à te mundi Artificè fabricatum est Hæc est illa, in cujus utero salus mundi initiata est. Jbi ruptus est paries inimicitiarum, quem inter cælum & terram Protoplastorum inobedientia construxerat. Jbi confœderata sunt terrenis cælestia, & obviaverunt sibi in osculo Pacis

Miseri-

Misericordia & Veritas, quando in unam  
 eandemque personam concurrerunt Divini-  
 tas & Humanitas. Itaque, qui mediante Ma-  
 tre tua dignatus es fieri particeps infirmita-  
 tis & miseriæ nostræ, ipsa quoque interce-  
 dente participes nos fac pietatis ac miseri-  
 cordiæ tuæ. Audi dulcissimam Matrem tu-  
 am Ô JESU, nec enim decet, ut confundas  
 faciem ejus, aut quidquam deneges Matri  
 tuæ. Audi, & salva nos JESU, pro quibus  
 Virgo Mater te orat.

*Et ne nos induces in tentationem.*

**T**imemus enim, ne sicut serpens Ævam  
 seduxit astutiâ sua, ita corrumpantur sen-  
 sus nostri. Verum id nos solatur, quòd Di-  
 vina sapientia jam olim, id est, mox post  
 inflictam plagam, salutem nostræ prospiciens,  
 inter serpentem & semen mulieris inimici-  
 tiam posuerit; ipsa verò caput serpentis per  
 semen, seu fructum ventris sui contriverit.  
 Nam ut culpam, quæ suggestionem serpentis  
 irrepsit in mundum, expiaret, de Virgine  
 immaculata, in qua nihil suum malignus ten-  
 tator invenit, nasci voluisti. Per hanc itaq;  
 rogamus, Ô JESU, contere Satanam sub pe-  
 dibus nostris. Elide omnes tentationum vi-  
 res & versutias, ne quando dominantur no-  
 bis inimici nostri, Illumina oculos meos,  
 ne unquam

ne unquam obdormiam in morte peccati;  
ne quando dicat inimicus meus. *Prævalui*  
*adversus eum.*

*Sed libera nos à malo.*

**Q**uodcunque tandem illud sit, quod ani-  
mæ detrimentum, vel salutis discrimen  
adferre possit. Nam ut à corporis malis &  
incommodis omninò vivamus immunes; vix  
id audemus petere, aut sperare: cum id ne  
quidem charissimæ pariter & innocentissimæ  
Matri tuæ concessum est. Nimirum, pera-  
cerbus ille doloris gladius transfigere debu-  
it animam ejus; Crucis tuæ & ipsa Mater  
tua consors esse debuit. Et quis nostrum  
hic esse volet eximius? Ergo malum, quod-  
cunq; nobis evenire voles, fac ne noceat a-  
nimæ, Sic potius nos & nostra rege, ut om-  
nia nobis cooperentur in bonum. Unde,  
sicut jam moriturus, Matris gessisti curam,  
eam dilecto commendans Discipulo; sic nos  
Matri, & per ipsam Tibi commendatos fo-  
ve, ac protege sub umbra alarum tuarum,  
ut non accedat ad nos *malum*; & flagellum  
non appropinquet tabernaculo nostro, Am.

### Salutatio Angelica.

*Ave MARIA.*

**S**alve & gaude ô beatissima, purissima, &  
dignissima Virgo Mater! ô præclara stella  
Maris

Maris, quæ clarius cæteris fulges sideribus  
 in tenebris hujus sæculi: quæ tamen hono-  
 rificè salutaris ab Archangelo cælitus ad te  
 misso; & ab Elisabeth cognata tua, spiritu  
 instructa Divino: & nunc quoq; ab omni  
 congregatione fidelium tui Amoris & Ho-  
 noris desiderio: Ecce laudo ac saluto te, &  
 gratulor tibi, ô Sanctissima Virgo & Mater:  
 & in te laudo Deum Patrem, qui Filium  
 suum unicum, fecit & tuum; unaq; nostrum  
 omnium Fratrem. Laudo Deum Filium,  
 qui te sibi elegit in Matrem, ut per te se  
 nobis exhiberet Salvatorem. Laudo Deum  
 Spiritum Sanctum, qui hoc opus ineffabile,  
 in utero tuo, virtute tua mirabili consum-  
 mavit.

*Gratia plena.*

**J**Ra & maledictio in omnes Filios Adæ. Tu  
 autè invenisti gratiã apud Deum: imò gratia  
 plena es; omni vacua vitio, & cunctis vir-  
 tutibus, ac donis gratiæ resecta. Quid mi-  
 rum, si gratiã plenã, quando plenitudo Di-  
 vinitatis in te habitavit corporaliter? Cum  
 ipse fons gratiæ & salutis auctor, tibi soli  
 sese penitus infudit, & per se velut rivum  
 seu canalem in omnes effundi voluit? Cæ-  
 teris quidem Sanctis minori mensura data  
 est gratia: tibi ipsa se infudit Plenitudo gra-  
 tiæ.

tia. Etenim, nonnullos quoque plenos gratia legimus; sed tu *plena* valdè differenter & præcellenter ab illis. Nam ubi vasà majora & minora implentur; omnia quidem plena. Sed ibi tamen major est abundantia liquoris, ubi major capacitas vasis. At quantà hæc fuit in te, ut caperes Deum quem totus non capit orbis? ut, inquam, esses Dei Mater, cælorum Regina, Angelorum Domina, Hominum Mediatrix, & Advocata: ad quid verò *plena*? nisi ut in nos quoque redundes: utinam deriventur aquæ tuæ foras: fluant in nos aromata illa, charismata scilicet gratiarum, ut de plenitudine tantâ nos omnes accipiamus. Sit pietatis, ô Virgo beata, ipsam, quâ plenâ es, gratiam diffundere, ut redundante benignitatis tuæ venâ accipiant rei veniâ, medelam ægri, pusilli corde robur, afflicti consolationem, periclitantes opem & liberationem: Utinam vel guttulam ego merear de plenitudine tantâ ad rigandum ficcum & aridum cor meum.

*Dominus tecum.*

**O** Dives & beata possessio, cujus Dominus Deus, est! Quid ibi non sit boni: ubi adest Dominus, fons ipse totius bonitatis? utique cum Dei sint omnia; possident Deum nihil deesse potest, Verè tecum Dominus,

ninus, qui cum iustis omnibus: tecum ve-  
 ò multo excellentius, per specialem gra-  
 iam, & peculiarem providentiam; tecum  
 in animo, tecum in Utero. Virtus Altissimi  
 Dei Patris ) obumbravit tibi. Spiritus S.  
 supervenit in te, Verbum Caro factum  
 prodijt ex te. Dominus tecum; & in te,  
 uti Rex in folio, Sponsus in Thalamo, Ami-  
 cus intimus in Amico; imò multo intimiùs  
 & arctiùs. Fac ò Domina, ut mecum sit Do-  
 minus, per gratiam, qui tecum fuit per ar-  
 ctissimam amoris unionem & corporis præ-  
 sentiam. Omnia haud dubiè aderunt bona,  
 quem penes erit Dominus, nec ulla timebo  
 mala, si mecum fuerit Dominus.

*Benedicta tu in Mulieribus.*

**U**Tiq; benedicta in mulieribus, quæ sola  
 placuisti summo Regi ex tot millibus.  
 Meritò benedicta, & quæ tot votis suspirijs  
 expetita: tot sæculis expectata, tot vaticinijs  
 prænunciata. Verè benedicta in mulieri-  
 bus, quæ á communi maledictione, & con-  
 ditione mulierum exempta, ita, ut nec ste-  
 rilis maneat, nec virginitatem perdas, nec  
 cum dolore parturias. Cæterùm dura ne-  
 cessitas, & grave jugum super omnes alias  
 Filias Evæ; si fecundæ, fœdantur & cruci-  
 antur *Gen. 3.* si steriles, maledicuntur. *Exod.*

23. Tu simul & fœcunda, & munda; & cruciatûs expers; maledictionem Evæ, convertisti in benedictionem.

Maledicta olim terra in opere Prævaricatoris; quæ etiam excitata spinas & tribulos germinat hæredibus maledictionis. At nunc benedicta terra in opere Redemptoris, quæ remissionem peccatorum, fructuumq; vitæ parurit universis; & filijs Adæ sententiam originalis maledicti dissolvit. O Benedicta, utpote Mater Filij, in quo benedicentur omnes Gentes, & hinc beatam te quoq; dicent omnes generationes, quia fecit tibi magna qui potens est. Concipis enim, sed sine concupiscentia: gravida es, sed non gravata: Paris, sed sine dolore & tristitia. Nescis Virum, & gignis Filium. O qualem Filium! illius sis verâ Mater, cujus Deus est verus Pater; Deum & Hominem paris, & de Deo concipis; Virgo fœcunda; casta perpetua Mater intacta: Quidni ergo Benedicta tu in mulieribus?

*Et benedictus Fructus Ventris tui Jesus.*

**B**enedictus, inquam, quia auctor gratiæ, & fons omnis benedictionis, in quo benedictæ sunt omnes Gentes. Hunc in te benedicimus & laudamus, ô Virgo benedicta, quem etiam solum super omnia laudamus & magni-



- Pater de Cælis Deus, Misere nobis.  
 Fili Redemptor mundi Deus, Misere nobis.  
 Spiritus Sancte Deus, Misere nobis.  
 Sancta Trinitas unus Deus, Misere nobis.  
 Sancta MARIA, Ora pro nobis.  
 Sancta Dei Genitrix, Ora pro nobis.  
 Sancta Virgo Virginum, Ora pro nobis.  
 Sancta MARIA Prima Lux, *Gen. 1.* Ora.  
 S. MARIA Septima Dies, qua requievit Do-  
 minus, *Ibid. 2.* Ora pro nobis.  
 S. MARIA Paradisus deliciarum, *Ibid. 2.* Ora.  
 S. MARIA Lignum vitæ, *Ibid. 2.* Ora pro.  
 S. MARIA Os de osse eburneo, *Ibid. 2.* Ora.  
 S. MARIA Perfectum opus, *Gen. 2.* Ora pr.  
 S. MARIA Mater viventium, *Gen. 3.* Ora.  
 S. MARIA Caput Serpentis coterès, *Ibid.* Ora.  
 S. MARIA Lætitia ex Nomine, *Gen. 5.* Ora.  
 S. MARIA Arcæ fenestra, *Gen. 6.* Ora pro.  
 S. MARIA Mons Armeni, *Gen. 8.* Ora pr.  
 S. MARIA Fons vivens Olivæ, *Ibid.* Ora.  
 S. MARIA Arcus fœderis, *Ibid. 9.* Ora pr.  
 S. MARIA Mons suscipiens Loth. *Ibid. 19.* O.  
 S. MARIA Rebeca (nos) mutos camelos por-  
 rans, *Ibid. 24.* Ora pro nobis.  
 S. MARIA Mulier, quam Dominus ordina-  
 vit, *Ibid. Ibid.* Ora pro nobis.  
 S. MARIA Rebeca beatior, *Ibid. 26.* Ora.  
 S. MARIA Jacobum (nos) ad benedictio-  
 nem

- nem ducens, *Ibid.* 27. Ora pro nobis.  
 S. MARIA Scala ascendentium, *Ib.* 28. Or.  
 S. MARIA Cognitio Dei, *Ibid.* Ora pro.  
 S. MARIA Laboriosa Rachel, 29. Ora pr.  
 S. MARIA Digna in partu, 30. Ora pro.  
 S. MARIA Castra Domini, 31. Ora pro.  
 S. MARIA Baculus Jacob, 32. Ora pro.  
 S. MARIA Secretis miraculis praesignata, *Exod.* 3. Ora pro nobis.  
 S. MARIA Rubus intaminatè ardens *Ib.* O.  
 S. MARIA Nubes Deum tegens in se, 13. O.  
 S. MARIA Liber foederis, 14. Ora pro n.  
 S. MARIA Sacrarium Dei, 15. Ora pro n.  
 S. MARIA Mediatrix apud Deum vera, *Ib.* O.  
 S. MARIA Navis Moyfes, 17. Ora pro n.  
 S. MARIA Tabula Legis Divinae, 20. Ora.  
 S. MARIA Eripiens ex aqua, *Exod.* 21. Or.  
 S. MARIA Vas in se Mannam continens, 25. O.  
 S. MARIA Mons Horeb, 31. Ora pro nob.  
 S. MARIA Romus fructum proferens, *Numer.* 17. Ora pro nobis.  
 S. MARIA Stella Jacob, 24. Ora pro no.  
 S. MARIA Funis Raab, *Jona.* 2. Ora pro.  
 S. MARIA Raab occultas duos exploratores, *Deum & Hominem, Ibid.* 8. Ora pro nob.  
 S. MARIA Arca praecedens, Ora pro no.  
 S. MARIA Clavus, Clypeus Josuæ, *Ib.* Or.  
 S. MARIA Fortis Debora, 4. Ora pro no.

- S. MARIA Velus Gedeonis, *Ibid.* 6. Ora  
 S. MARIA Mater Samsonis, 12. Ora pr.  
 S. MARIA Victrix Holophernis, 13. Ora  
 S. MARIA Laus Jerufalem, 15. Ora pro.  
 S. MARIA Ruth Mater familias, *Rut.* 1. O.  
 S. MARIA Formosa Noemi, *Ibid.* Ora pr.  
 S. MARIA Prudens Abigail, 1. *Reg.* 1. Or.  
 S. MARIA Arca Davidis, *Ibid.* Ora pro.  
 S. MARIA Arca Dagonem conterens, 4. O.  
 S. MARIA Funda Davidis, 15. Ora pro.  
 S. MARIA Arca ditans Obededon, 2. *Reg.* 6.  
 Ora pro nobis.  
 S. MARIA Opus, cui nihil est simile, 10. O.  
 S. MARIA Eloquens Teguita, 14. Ora.  
 S. MARIA Aqua Bethleem, 24. Ora pro.  
 S. MARIA Tronus terribilis, 3. *Reg.* 10. O.  
 S. MARIA Jmber Cœlestis cadens super  
 terram, *Pfal.* 17. Ora pro nobis.  
 S. MARIA Quæ sedes in sole posita, 18. O.  
 S. MARIA Domus Dei, 21. Ora pro no.  
 S. MARIA Filia Regis circumdata varieta-  
 tibus, 44. Ora pro nobis.  
 S. MARIA Civitas Regis magni, 47. Ora.  
 S. MARIA Terra fructum germinas, 66. O.  
 S. MARIA Mons, in quo complacuit mane-  
 re Deo, 67. Ora pro nobis.  
 S. MARIA Terra Domini benedicta, 84. O.  
 S. MARIA Terra ex qua veritas orta est,  
*Ibid.* Ora pro nobis. S. MA-

PRO DIE SABBATHI

410

- S. MARIA Tabernaculum Jacob, 86. Ora.  
 S. MARIA Porta Syon, *Ibid.* Ora pro no.  
 S. MARIA Mons refugij, 103. Ora pro.  
 S. MARIA Possessio Domini, *Prov.* 8. Ora.  
 S. MARIA Ante sæcula ordinata, *Ibid.* Or.  
 S. MARIA Mulier fortis, 31. Ora pro n.  
 S. MARIA Superans divitijs omnes Filias.  
*Ibid.* Ora pro nobis.  
 S. MARIA Stella matutina, *Ecccl.* 5. Ora p.  
 S. MARIA Aurora confurgens, 6. Ora p.  
 S. MARIA Mater honorata, 15. Ora p.  
 S. MARIA Primogenita in mundo totius  
 creaturæ, 24. Ora pro nobis.  
 S. MARIA In excelsis habitans, *Ibid.* Ora.  
 S. MARIA Quæ super tēpestates maris am-  
 bulas, *Ibid.* Ora pro nobis.  
 S. MARIA Mater pulchræ dilectionis, *Ib.* O.  
 S. MARIA Mater Sanctissimæ spei, *Ibid.* O.  
 S. MARIA Cypressus de Mōte Syō, *Ib.* Or.  
 S. MARIA Pulcherrima mulierum, cui hæ-  
 dos ( nos peccatores ) pascere commif-  
 sum, *Cant.* 1. Ora pro nobis.  
 S. MARIA Lilia inter spinas, *Cant.* 2. Ora.  
 S. MARIA Millium Scutum, 4. Ora pro.  
 S. MARIA Turris Davidica, *Ibid.* Ora pr.  
 S. MARIA Favus mellis diffusus, *Ibid.* Ora.  
 S. MARIA Hortus conclusus, *Ibid.* Ora p.  
 S. MARIA Puteus aquarum vivētiū, *Ib.* O.  
 S. MA-

S. MARIA Fons signatus, *Ibid.* Ora pro.  
 S. MARIA Pulchra ut Luna, 6. Ora pro.  
 S. MARIA Electa ut Sol, *Ibid.* Ora pro.  
 S. MARIA Terribilis ut Castrorum acies ordi-  
 nata, *Ibid.* Ora pro nobis.

S. MARIA Filia Principis, 7. Ora pro n.

S. MARIA Plena gratiæ, 8. Ora pro n.

S. MARIA Aurora confurgens, *Ibid.* Or.

S. MARIA In divitijs abundans, *Ibid.* Or.

S. MARIA Oraculis propheticis prænunciata, *Ipsi.* 7. Ora pro nobis.

S. MARIA Virga Jessæ, *Ibid.* Ora pro n.

S. MARIA Petra Eremi, 11. Ora pro n.

S. MARIA Honore digna in oculis Dei 16. O.

S. MARIA Patribus promissa, 7. Ora p.

S. MARIA Aqua sitientium, 44. Ora p.

S. MARIA Terra benedicta germinans Salvatorem, 45. Ora pro nobis.

S. MARIA Femina circumdans virum, *Ier.* 31. Ora pro nobis.

Per æternam electionem tuam in Matrem Filij Dei, Te rogamus audi nos.

Per amorem Filij tui unigeniti, Te roga.

Per gaudium Angelorum in Nativitate JESU Filij tui jubilatum, Te rogamus.

Per dulcedinem amoris, quo fovisti Filium infantem, & Virgineis uberibus lactasti,

Te rogamus audi nos.

Per

- Per adorationem & mystica munera Ma-  
gorum, Te rogamus audi nos.
- Per oblationem Filij tui in Templo, Te r.
- Per affectus amoris, gaudij, gratitudinis, ad-  
mirationis, Laudis &c. quos visis Filij tot  
mirabilibus, concepisti, Te rogamus.
- Per omnes angustias, molestias, incommo-  
da, quæ primùm in Bethleem, cum non  
esset tibi locus in diversorio, deinde fu-  
giens in Ægyptum experta es, Te rog.
- Per humilissimam obedientiam Filij tui, quâ  
tibi & Josepho subditus erat, Te rog.
- Per dolorem materni cordi, quo abeunte  
ad Passionem Filium persecuta es, Te.
- Per gladium acerbissimi doloris, qui sub  
Cruce Filij pertrâsivit animâ tuâ, Te r.
- Per gaudium ex Resurrectione Filij perce-  
ptum, Te rogamus audi nos.
- Per inestimabilem exultationem cælestis cu-  
riae in Assumptione tua, Te rogam.
- Ut Filio tuo nos commendare & reconci-  
liare digneris, Te rogamus audi nos.
- Ut promptam Filio tuo in omnibus paren-  
di voluntatem nobis obtineas, Te rog.
- Ut in necessitatibus & angustijs nostris Filij  
tui clementiam nobis exorare digneris,  
Te rogamus audi nos.
- Ut nos, tanquam Mater filios tenellos con-  
tinuo

tinuo fovere, ac protegere in hora mortis, digneris, Te rogamus audi nos.  
 Ut oculos tuos misericordes ad nos convertas, Te rogamus audi nos.

Ut nobis impetres fructus Ventris tui eternam fruitionem, Te rogamus audi.  
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Christe audi nos; Christe exaudi nos.

Kyrie eleison, Christe eleison.

Kyrie eleison.

*Pater noster.*

*V. Et ne nos inducas in tentationem,*

*R. Sed libera nos a malo, Amen.*

*V. Dignare me laudare te Virgo sacrata,*

*R. Da mihi Virtutem contra hostes tuos.*

*V. Diffusa est gratia in labijs tuis,*

*R. Propterea benedixit te Deus in eternum.*

*V. Post partum Virgo iuviolata permansisti,*

*R. Dei genitrix intercede pro nobis.*

*V. Domine exaudi orationem meam,*

*R. Et clamor meus ad te veniat.*

O R E M U S.

**D**EUS, qui Beatissimam Virginem **M**A-  
**R**IAM,

RIAM, præsciens futurum peccatum primi Patris nostri, quem pro transgressione mandatorum tuorum, & nos in peccato Originali esse? omnes ex semine Adæ iudicasti, speciali privilegio omnipotentia, voluntatis, & bonitatis tuæ Divinæ, tam Castam Matrem & Immaculatam, quia immaculato Filio tuo ab æterno ordinasti & prædestinasti, *Prov. 8.* tum & Satana, ab omni peccato & maledictione tua esse exceptam & liberam ex nunc prædixisti *Gen. 3.* Per ejus ex te puritatem & Immaculatam Conceptionem, Humilitatem, Sanctitatem, Amorem, Dignitatem, & tuam in ea Complacentiam, concede quæsumus, ut qui ejus Nomen, Dignitatem, & Immaculatam Conceptionem venerantes confitemur, & pro affectu colimus, hic benedictionem & gratiam in futuro sæculo obtineamus. In Nomine Domini nostri JESU Christi, Amen.

## L I T A N I Æ

De Beatissima MARIA Virgine,  
*Juxta Sententias Doctorum Sanctæ Ecclesiæ &  
 aliorum Sanctorum.*

**K**Yrie eleison,      Christe eleison,  
 Kyrie eleison.  
 Christe audi nos,      Christe exaudi nos.  
 Pater

- Pater de Cælis Deus, Misere nobis.  
 Fili Redemptor mundi Deus, Misere.  
 Spiritus Sancte Deus, Misere nobis.  
 Sancta Trinitas unus Deus, Misere no.  
 Virgo Aeterna, *S. Aug. serm. 22. de tēp.* Ora  
 pro nobis.  
 Virgo Nova & Immaculata, *S. Anselmus al-*  
*loq. cæl. 21.* Ora pro nobis.  
 Virgo Prudentissima, *S. Ansel. cæl. 21.* Ora.  
 Virgo Serenissima, *Idem.* Ora pro no.  
 Virgo singularis meriti, sola sine exemplo,  
*Idem alloq. cæl. 24.* Ora pro nobis.  
 Virgo Dei Genitrix, dulcis Ecclesia Dei,  
 Sacrarium Spiritus S. Porta cæli per quā  
 totus mundus vivit, *Idem alloq. cæl. 28.* O.  
 Virgo Major cælo, fortior terrâ, latior mun-  
 do, quæ Deum incomprehensibilem so-  
 la comprehendisti, *S. Petrus Chrsol. Serm.*  
*143.* Ora pro nobis.  
 Mater Plena gratiæ, *S. Ansel. all. cæl. 23.* Ora.  
 Mater Mirabilis Virginitatis, *Idem ibi 26.* O.  
 Mater Integræ reconciliationis, *Idem ib. 23.*  
 Ora pro nobis.  
 Mater Christianitatis, *S. Aug. lib. de S. Virg.*  
*Cap. 6.* Ora pro nobis.  
 Mater Vitæ, *S. Athanas. Ser. de Deip.* Ora p.  
 Mater Misericordiæ, *S. Anselm. all. cæl. 22.* O.  
 Janua Filij Dei, *S. Aug. Ser. 5. de temp.* Ora.  
 Magistra

- Magistra Gentium, *Ibidem ibid.* Ora pro.  
 Porta Cæli, *Idem ibid.* Ora pro nobis.  
 Flos Campi, ex quo exivit Liliū Convaliū,  
*S. Aug. Ser. 18. de Sanctis.* Ora pro no.  
 Mulier Beatissima, quæ non habuisti Virum,  
 & Virum gremio tuo concepisti, *S. Aug.*  
*Ser. 18. de Sanctis,* Ora pro nobis.  
 Terra non exarata Cælestis Panis, *Idem Ser.*  
*18. de temp.* Ora pro nobis.  
 Aula Cæli, *Id. Ser. de Assump. tom. 9.* Ora.  
 Gradus Cælestis, quo Deus descendit in ter-  
 ram, *Id. Ser. 35. de Sanct.* Ora pro n.  
 Propheta, *S. Basl. M. C. 8. Abaia.* Ora pr.  
 Aula Cælestium Sacramentorum, *S. Ambro-*  
*sus idem Instit. V. C. 7.* Ora pronobis.  
 Virga Iessæ, *Idem de Instit. V. C. 9.* Ora pro n:  
 Aula Cælestis propter solum Deum, *Idem*  
*de Instit. V. C. 12.* Ora pro nobis.  
 Vellus quo sunt omnes protecti, *Idem Serm.*  
*12.* Ora pro nobis.  
 Sacrarium Virtutum Sanctarum, *Sanctus An-*  
*sel. colloq. cæl. 22.* Ora pro nobis.  
 Regina Cæli, *Idem Cæl. de cælo 24.* Ora pro.  
 Fons Hortorum, *Idem 16.* Ora pro nobis.  
 Domina Mundi, *Idem coll. cæl. 26.* Ora pro:  
 Aula Universalis reconciliationis, *Idem col-*  
*loq. 27.* Ora pro nobis.  
 Causa generalis reconciliationis, *Idem 16.*  
 Ora pro nobis. Finis

- Finis Iræ Dei, *S. Bonaventura in Psal.* Ora pro nobis.
- Rubus incombustibilis, *Idem in Laudes B. V. M. num. 7.* Ora pro nobis.
- Refocillatio Martyrum, *Idem 4. Opus par. 2* Ora pro nobis.
- Inventrix gratiæ, Mater salutis, *S. Bernard. Serm. 2. de Advent.* Ora pro nobis.
- Mediatrice ad Mediatorem, *Idem Serm. in illud Sign. de Mag.* Ora pro nobis.
- Vellus Gedeonis, *Idem Hom. 2. in Missus est.* Ora pro nobis.
- Auxilium Altissimi, *Idem Serm. in illud sign. magn.* Ora pro nobis.
- Lux inextingibilis, *S. Cyrillus Alex: l. 6. c. 6. conf. Ephe.* Ora pro nobis.
- Ornamentum gentis humanæ & totius Creaturæ, *Idem Num. in Nest. T. 6. cens. Ephe. c. 6.* Ora pro nobis.
- Liber Magnus, in quo scriptum est Verbum Dei, *S. Ant. 4. p. 15. c. 5.* Ora pro nobis.
- Nobilitas omnium Sanctorum, *S. Greg. VIII. Lib. 8. Ep. 22.* Ora pro nobis.
- Clavis Regni Cælorum, *S. Efrein in Laudes B. M. V.* Ora pro nobis.
- Magistra Confessorum, *S. Brigitta Serm. Ang. c. 19.* Ora pro nobis.
- Fons ex quo vita exivit, *S. Joannes Damasc. orat.*

*orat. de Assump.*

Ora pro nobis.

Prototypus Dei, *S. Aug. Serm. 23. de Sanctis.*

Ora pro nobis.

Perfectio edictorum Dei, *S. Germ. Orat. de Present. Dei.* Ora pro nobis.

Terra impolluta, cui benedicat Dominus, *S. Bruno in Psalm. 101.* Ora pro nobis.

Consolatio peccatorum, *Innoc. III. in Hym. de Ch. & B. M. V.* Ora pro nobis.

Habitaculum incarnati Verbi, *Sanctus Greg. Neoces. Orat. 3. Amon,* Ora pro nobis.

Dei Genitrix, semper benedicta, sine omni culpa, honoratior quàm Herubim, & gloriosior quàm Seraphim, quæ sine macula Deum verbum genuisti verè Dei Genitrix, *S. Iacobus in Liturgia* Ora pro nobis.

Domina nostra Sanctissima Immaculata, Gloriosissima Mater Dei, & semper Virgo MARIA, *Idem & S. Marcus in Liturgia.* Ora pro nobis.

Fenestra cœli, quâ Deus verè dedit sæculis lumen. *S. Eul. Serm. de Laud. B. M. V.* Ora pro nobis.

Fons inclinationis Filialis erga genus humanum, *S. Math. Orat. de Hypp.* Ora pro nobis.

Forfices carbonis Purgatorii, *Idem 16. S. Anast. lib. 8.* Ora pro nobis.

Exemplar

Exemplar omnium Sanctorum, *Sanctus Hil-*  
*deph. Serm. 3. de assumpt.* Ora pro nobis.

Prima contrarians Virginitati mundi, *Theoph.*  
*Raymundus Soc. Jesu in Glossario ex Sac: script.*  
*& Sententijs Patrum S. Eccl. de B. V. f. 132.*

Ora pro nobis.

Virginitatis æternitas,, *Idem 16. f. 134.* O-  
ra pro nobis.

Lux cognoscens Deum, *Idem Ib. f. 135.*

Declaratio arcanorum mysteriorum, **DEI.**  
*Idem 16. f. 146.* Ora pro nobis.

Diurnale Creationis Dei, *Idem 16. f. 147.*  
Ora pro nobis.

Sponsio cum Deo reconciliationis, *Idem f.*  
*161.* Ora pro nobis.

Finis Testamentorum, quæ nobis Deus fecit  
*Idem 16. f. 162.* Ora pro nobis.

Mulier generatione perfectior Virgo *Idem*  
*16. f. 166.* Ora pro nobis.

Fornax Babilonicus, *Idem 16. f. 173.* Ora p:

Portus refugii, *Idem 15. f. 178.* Ora pro nob:

Os Ecclesiæ S. & Apostolorum, *Idem 16. fol.*  
*197.* Ora pro nobis.

Extemporanea providentia, *Idem. 16. f. 209*  
Ora pro nobis.

Recompensatio bonæ voluntatis Dei erga  
homines, *Idem 16. f. 213.* Ora pro nobis.

Per mirabiles ex Deo essentias Tuas, Exau-  
di nos Domina, Per

Per omnes gratias Dei in Te, Exaudi nos  
Domina.

Per amorem Tuum erga Deum, Exaudi  
nos Domina.

Per amorem Tuum erga in auxilium pec-  
catorum, Exaudi nos Domina.

Per Maternitatem uná & Virginitatem Tuá,  
Exaudi nos Domina.

Per incomprehensibilia Mysteria Dei in te,  
Exaudi nos Domina.

Ut in gratia DEI, nunc & in sæcula sæculo-  
rum cum Deo vivamus, Te rogamus Do-  
mina.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Par-  
ce nobis Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, E-  
xaudi nos Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Mi-  
ferere nobis.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Kyrie eleison, Christe eleison.

Kyrie eleison.

O R E M U S.

**D**EUS, qui Sanctissimam Virginem MA-  
RIAM ante sæcula Castam, Castissimo  
Filio tuo, in Matrem ordinasti, da quæsu-  
mus, qui Omnipotentiam, Bonitatem, & No-  
men tuum in ejus Honore confitemur ve-  
nera-

neramurque, ut ejus ex te dignitate temporales & æternas benedictiones obtineamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum &c.

## SALUTATIO B. MARIE V.

*Ex S. Joanne Damasceno Doctore Ecclesie, ex  
Græca Lingua.*

**M**Ater Casta, Sola digna Creatore, Cælum vivum, ex quo Sol justitiæ ortus est. Concha maris mundi, quæ cælitus ex fulgetra Divinitatis in utero concepisti, & peperisti ingentis pretij Margaritam Christum. O Joachim & Annæ Filia, Angelis superior, & Angelis dominans. O Filia pulcherrima & dulcissima, ô Liliū inter spinas, ex Nobilissima, & maximè Regia radice Davidica exortum! ô Rosa ex spinis Judæorum, germinans; ac Divinâ fragrantia cuncta replens! ô Filia Adam, ac Mater Dei! ô Filia Sanctissima Joachim & Annæ, quæ latuisti principatus & potestates, atq; ignea tela nequissimi: quæ in thalamo Spiritus Sancti versata es, atq; conservata Immaculata in Sponsam Dei. O Filia Sanctissima, formidabilis rebellibus potestatibus. O Filia Deo amabilis, Parentum decus! Te omnes generationes beatam prædicant, ut dixisti vera loquens. O Filia Deo digna, venustas

venustas humanæ naturæ, primæ Matris E-  
væ correctio etenim, per tuum partum, quæ  
lapsa fuerat, erecta est. O Filia Sanctissima  
mulierum ornamentum! ô Filia semper Vir-  
go, dignior omni Creaturâ! ex Te enim sola  
summus ille Opifex assumpsit massæ nostræ  
primitias. Caro ipsius ex carne tua, & San-  
guis ex Sangvinibus tuis, & lac mamillarum  
tuarum suxit Deus; ac labiis tuis DEI labia  
basisti. O incomprehensibilia & ineffabilia  
miracula! Te prænosces rerum omnium  
DEUS, dignam amavit, amatam prædestina-  
vit, atque novissimis temporibus in mundum  
produxit, ac Deiparam Matrem, ac nutri-  
cem sui Filij & verbi ostendit. O Femina  
desiderabilis! ter beata, benedicta tu in mu-  
lieribus & benedictus fructus Ventris tui.  
O Femina Filia Regis David & Mater omni-  
um Regis Dei! ô Dignum & animatum si-  
mulacrum! Tota Spiritus thalamus es, & gra-  
tiarum pelagus. Tota pulchra, tota proxi-  
ma Deo. Ipsa enim supergressa Cherubinos,  
& super Seraphinos evecta. Deo es pro-  
pinqua. O Virgo Deo grata, Templum Dei  
sanctum, quod ille Princeps pacis Salomon  
spiritualiter construens inhabitavit, Dei Ma-  
ter, miraculorum abyssus, fons universo or-  
bi salutaris. Saluto te MARIA, dulcissima An-

na Filia, dignum Deo habitaculum. Merito te omnes generationes beatam prædicant, ut electam humani generis dignitatem. Tu Sacerdotum gloria, Christianorum spes, Virginitatis fertilissima planta, per te enim frondes Virginitatis latissimi diffunduntur. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus Ventris tui. Qui confitentur te Deiparam, benedicti sint, & qui inficiantur, maledicti. O Joachim & Anna Filia, ac Domina, accipe orationem peccatoris, ardentè tamente amantis & colentis, te solam spem gaudij possidentis, vitæ præsidem, & cum Filio tuo reconciliatricem, firmumq; arrabonem salutis. Peccatorum sarcinam discute, & quod mentis meæ tenebras offundit, ac terrenam crassitiem dissipa. Tentationes cõprime, sanctæque vitam meam gubernâ, & ad supernam manu duc benedictionem. Largire pacem mundo, & omnibus hujus orbis orthodoxis incolis, perfectam lætitiâ ac salutem sempiternam. Fiat, Fiat, Ave gratiâ plena Dominus tecum, benedicta tu in Mulieribus, & benedictus fructus Ventris tui Jesus Christus, Dei Filius: ipsi gloria cum Patre & Spiritu Sancto in infinita sæcula sæculorum, Amen.

*Oratio*

*Oratio S. Dionisij pro felici morte.*

**O** Dulcissime Christe JESU, verbum luminis Patris. & Sol justitiæ, qui in monte Calvariæ animam tuam in Redemptionem mundi hujus dedisti, & DEO Patri illam commendaſti orando: da mihi hujus amare Passionis dolorem & amorem simul in corde meo portare, & quotidie ad moriendum tecum, per continuam malæ conſuetudinis mortificationem exerceri, & in agone meo in lumine miſericordiæ tuæ requiem mihi mereri, tecum ingredi feliciter in cælum Paracliti. Adſis quaſo circa mortem meam. Feſtina in agonem meum, ſuccurre affectibus meis defende me illa horâ ab inimicis aggredientibus, Da conſolationem in gemitu, conforta in timore, refocilla dum Vires amittam, ſuſcipe ad te dum expirabo. **O** conſtantiffima Verba tua in Cruce, hæc ſint & in mea vita. Et dum eloqui non potero, respice affectus meos. Pater, in manus tuas commendo animam meam: redimiſti me Domine DEUS Veritatis, Amen.

*Teſtamentum dignum & quotidie recitandum.*

**O** Domine JESU Christe Creator & Redemptor meus. Conſiteor coram te Deo meo, & ore meo verè denuntio tibi, coram quo nihil eſt occultum. Quia ego fide n

hanc, quam Ecclesia tua (dico Romana) cōfiteatur & docet. Credo & confiteor esse verissimam, firmè tenendo & ab hac fide recedere nullam habeo, nec unquam habere desidero aliquam voluntatem. Sed si etiam (quod tu solus avertas à me Deus subitanea & improvisa mors vel casus aliquis, contraria tentatio, vel vaga mens accideret mihi, si etiam intellectus, & bona recollectio recederet a me, & hæc fides in me salutaris conturberetur, & variaretur. Scias tu benignissime Pater de me Creatura tua, subveni manu labenti in hac via, nec permittas perire. Memorare præsentem orationem meam, memorare & hanc Professionem meam quam nunc facio, & circa quam etiam tibi Salvatori meo semper obligo, confitendo & protestando coram Beatissima MARIA Virgine Matre tua, Domina mea, & omnibus Choris Angelicis, coram universa curia cælesti, quia in hac fide sancta, & in hac Ecclesia vivere, & in sinum Matris huius, omnium bene morientium, animam meam tradere desidero. Ad hæc, quoniam nunc, sicut pro tunc pro omnibus peccatis meis doleo, penitentiam agere, satisfacere quoad vixero, quam plurimum potero, desidero hanc semper: humiliter quæso, ut per hanc Confessionem

feffionem & Contritionem meam, pro omnibus delictis meis, si mors correctionem vitæ & Confessionem impediret, æqualiter memi Deus, ut quàm optimè, per misericordiam & tuam pretiosam Redemptionem habeas depositum, & proprium esse tuum nõ derelinquas, salva me per Divinam misericordiam tuam, Amen. JESUS, MARIA, JOSEPH.

Est quoque summè necessarium cuilibet Christiano orare pro Agonizantibus ubique locorum, ut Deus misereatur ipsis, ne pro æternitate errent, omninò est ipsis subveniendum. Pro tunc enim multum desideratur de gratia Dei, ne per aliquam desperationem, scrupulum, superbiam, vel quasvis Sathanae tentationes pereant. Ora, & pro te similia spera. Sunt multæ efficaces, tres Orationes Dominicæ cum Meditationibus, quibus & Sancta utitur Ecclesia circa Agonizantes.

1: Circa primam Orationem Dominicam fit Meditatio. Sudat in Horto JESUS. Per hunc Sangvinem, sudorem, ora pro Agonizantibus.

2. Circa secundam fit Meditatio. Agonizat in Cruce JESUS. Per hunc Agonem, ora pro Agonizantibus.

3. Circa Tertiam fit Meditatio. Ex puro Amore, JESUS descendit de cælis & Homo

mo factus est, multa passus, ut nos salvaret  
Per hunc Amorem ora pro Agonizantibus.

*Christus Dominus ore suo sacrosancto has duas  
Orationes docuit. In Reg. Salvat. c. 5.*

**O**Mnipotens aeternae DEUS, qui propter nos ex intacta Virgine nasci dignatus es, da nobis quaesumus, ut tibi casto corde serviamus, & pura mente placeamus. Oramus te piissima Virgo MARIA, Caeli Regina, & Angelorum, ut istis, qui sunt in igne purgatorii, impetres refrigerium, peccatoribus remissionem peccatorum, justis in bonis operibus perseverantiam, & nos fragiles ab omnibus defende periculis. Per Christum Dominum nostrum Amen.

*Sanctissima Virgo Maria, dixit S. Birgitta,  
ut sic ipsam laudaret.*

**B**enedictus Tu sis Deus Creator omnium qui in uterum Virginis MARIAE descendere dignatus es.

Benedictus Tu sis DEUS, quia sine gravamine Virginis MARIAE esse in illa voluisti, & ex ipsa Immaculatum Corpus, sine peccato assumere dignatus es.

Benedictus Tu sis DEUS, qui ad Virgine MARIAM, cum gaudio animae ejus venisti, & sine peccato ex ipsa natus es.

Benedictus Tu sis DEUS, qui MARIAM Virginem

ginem Matrem Tuam post Ascensionem tuam, singularibus consolationibus consolatus es, & per se recreando, eam visitasti.

Benedictus Tu sis DEUS, qui Corpus & Animam MARIE Virginis & Matris tuæ assumpsisti, & eandem supra Angelos, secundum Deitatem tuam cum honore constituisti. miserere mei, Amen.

*Devotio ad B. M. V. singularis singulis diebus  
septimana. Die Dominico.*

**A**VE MARIA cæli terræq; Regina, quæ à DEO in Matrem es electa ante omnia sæcula. Tu es illa Beata Mulier de qua noster Dominus JESUS Christus, ut genus humanum redimeret, carnem voluit assumere. Per te cælum terræ jungitur, & summa imis cumulantur. Tu es Dux vitæ nostræ: Tu porta Divinæ gratiæ: Tu es securus hujus procellosi mundi portus: Tu lætitia cæli, tu peccatorum tutissimum asyllum, tu certissimum præsidium te invocantium. Ego, tali animatus fiducia, ad te venio, ne averteris miserum; ô misericordiæ Mater, qui misericordiâ tuâ fretus de miserorum numero in filiorum tuorum sortem transire cupio. Fateor quidem me sæpè, ac graviter dilectissimum Filium tuum peccatis meis offendisse, atque idcirco & ipsius & tuâ gratiâ in  
dignum

dignum esse; sed ex intimo corde nunc doleo, quod summum illud bonum, Dominū ac Redemptorem meum IESUM Christum, quem super omnia amo, unquam offenderim & coram te illius dilectissima Matre emendationem & satisfactionem polliceor. Obsecro itaque te Domina, ut mihi veniam peccatorum meorum gratiamque impetres. Tuæ enim est pietatis, Virgo benedicta ipsam quā apud Deum invenisti gratiam, notam facere mundo, Amen.

*Feria Secunda*

**A**ve Maria, Domina post Deum potentissima, Redemptoris nostri Genitrix admiranda, quem Virginitate Materna, & Maternitate Virginali peperisti, tota obstupescente natura, Ave Sacrarium Spiritus S. Ave Virgo gloriosa, quæ tanquam auro-ra coruscans es, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis dæmonibus, & tanquam castorum acies ordinata, Angelorum hominūq; laudibus dignissima, Sanctos omnes supergrediens. Ave post Deum unigenitum Filium tuum & justitiæ solem potens auxiliatrix mortalium, certa spes, & firmum solamen miserorum, humani generis gloria, ornamentum totius universitatis. Omnia sæcula, omnes generationes tibi benedicant.

Omnes

Omnes ô Domina, ad te configimus, tuam imploramus opem, ô benignissima Mater, oculos tuos misericordes ad nos miseros in hac lachrymarum valle ad nos converte. Monstra ô Mater, dilectissimo Filio tuo ubera, quibus eum nutritivisti: ostende brachia, quibus eum amplexata es: enumera omnes labores & dolores, quos pro eo sustinuit: tuum illi cor totum amoris igne flagrans exhibe; ut his commotus nostri misereatur, ab omnibusque malis quibus undiq; circumdamur, incomules eripiat, Amen.

*Feria Tertia.*

**A**VE MARIA, læticia cæli, & exultatio terræ. Tu es illa Serenissima luminis Mater, quæ animas omnium amantium te illuminas. Tu es illa dulcissima pietatis Mater, quæ fideles tuos famulos ad gloriosa cæli feliciter perducis tabernacula. Tu es illa columba formosa, quæ juxta aquarum fluenda sedes, cujus vestimenta incredibilem spirant suavitatem odoris. Ad te faciem meam levo cæli Regina: ad te oculi cordis mei elevantur, in te confidit anima mea. Tu es arx fortissima, in qua securi sunt omnes ad te confugientes. Tu es fidelissima propugnatrix omnium te laudantium. Tu es illa clavis, quæ Portas Paradisi referat: laudo, & glorifico te Virgo glorio-

sa, colo & veneror humillimè intemerata illa & intacta tua viscera. Concede mihi, obsecro, ut tribulationibus & miserijs huius vitæ oppressus, in maternæ pietatis tuæ sinu locum inveniam: fac, ut sim in numero eorum, quos tu amas, & in tuo castissimo pectore adstrictos habes, quos tu doces, dirigis, & defendis in omni necessitate, Amen.

*Feria Quarta.*

**A**VE MARIA æterni Regis Mater, millies felix & beata: tu post Unigenitum Filium tuum omnibus rebus dominaris, Tibi omnes ætates & generationes caput inclinant: tuis pedibus se terrarum substernit ambitus. Post ineffabilem enim & Summam Trinitatem, nihil dignius, Te nihil pulchrius habet cœleste palatium. Tu Mater, Tu Filia, tu Sponsa es Dei altissimi. Tota pulchra, tota formosa es: ad tuum Nomen demones contremiscunt: cum splendor tuus se prodit, tenebræ diffugiunt, portæq; cœli ad nutum tuum aperiuntur. Tu es vera spes Christianorum post Jesû Christû Filium tuum. Tu es Regina misericordiæ, tu vitæ nostræ dulcedo. Omnes ad te clamant, & tu respondes omnibus, intercedis pro omnibus. Auxilium tuum ne auferas à me: pietas tua non desit mihi, nec memoria

ria tui in me vnquam intermoriatur: si tu  
 me Domina derelinquas, quis me suscipiet?  
 si tu obliuisceris mei, quis mei recordabitur?  
 si tu, ô Stela maris & peccatorum Dux! me  
 non illumines, quo tandem vadam? quid de  
 me fiet, si à te excludar? Audi ergo, ô  
 Mater! audi miserum ad te clamantem re-  
 cordare obsecro, quod propter nos pecca-  
 tores, Dei Filius, te in Matrem elegerit.  
 Idcirco ad te confugio, ut per te, ô Mater  
 mea misericordiam inueniam apud Patrem  
 misericordiarum & Deum totius Consola-  
 tionis, Filium tuum Dominum ac Redem-  
 ptorem nostrum, & Spiritum Sanctum. A.

*Feria Quinta.*

**A**VE MARIA: ave inter Sanctos post De-  
 um SSma & potentissima Domina ô Ma-  
 ter! ô Virgo! quibus te laudibus efferam,  
 nescio: omnia gloriosa sunt in te, Beatam  
 merito te dicunt omnes generationes, Dei  
 Genitrix, Domina mundi, Regina cæli, quæ  
 omnibus generationibus vitam & gloriam  
 genuisti. In te Angeli lætitiã, iusti glori-  
 am, peccatores veniam inveniunt. Merito  
 in te respiciunt oculi totius Creaturæ, quia  
 pro te, & in te, & de te benigna manus o-  
 mnipotentis, quid quid creavit, recreavit.

Tu verè

Tu verè Urbis refugij, portus naufragantium, & solatium omnium in te sperantium: tu ornamentum es totius universitatis. Tu Domina es, nos servi tui: tu Regina, nos clientes tui: tu spes universæ terræ es. Ad tui memoriam recreantur, & hilarescunt fideles anima. Tu gloria Jerusalem, Tu lætitia Israel. Tu honorificentia populi nostri, multæ filia congregaverunt divitias; tu supergressa es universas. Tu Mater es pulchra dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. Tu (velut Esther Asverum) Deum Patrem placasti, & invenisti gratiam in oculis ejus. Tu (velut Judith Holofernem) diabolum superasti, ô MARIA! deest mihi vox & spiritus, quo te condigne laudarem. Vos ergo, ô SS. Angeli & Electi Dei, MARIE laudes pro me in æternum decantate. O quando illud tempus veniet, quo & mihi vobiscum liceat Dei & MARIE laudes sine fine in cælesti gloria prædicare! Hoc tuis imprimis, ô potentissima Domina! vestrisque, ô SS. Angeli & Electi Dei! precibus mihi, oro, apud Deum impetrate, Am.

*Feria Sexta.*

**A**ve MARIA, Sole clarior, Luna pulchrior: ave splendissima Stella, de qua natus est,

us est, Sol iustitiæ Christus. Deus noster.  
Tu es Virgo supra omnem pulchritudinem  
formosa: Tu Mater super omnem honesta-  
tem gratiosa, quæ benignissimis oculis San-  
ctissimam Filij tui Ecclesiam, quacunq; in  
in mundi parte illa sit, intueris. Dulce No-  
men tuum reficit laborantes: serena lux tua  
illuminat cæcos: suavis odor virtutum tua-  
rum exhilarat justos, & benedictus fructus  
Ventricis tui JESUS, beatos exfatiat. Tu post  
Deum prima laudem omnium hominum &  
Angelorum mereris: Dominus te creavit  
Virginem sine macula: Dominus te amat  
super omnes Creaturas. Tu generis huma-  
ni gloria: Tu super omnes choros Ange-  
lorum es exaltata: Tu pulchritudo & orna-  
mentum es Universi totius. Ne avertas faci-  
em tuam à me peccatore; quis enim unquã  
te invocavit, & exauditus non est? quis à te  
quicquam petivit, quod non impetravit?  
quis unquam servivit tibi, quem non libe-  
raliter & magnificè remunerasti? fileat mi-  
sericordiam tuam, Virgo beata, si quis est  
qui invocatum te in necessitatibus suis me-  
minerit defuisse. Obsecro itaq; ò Potentis-  
sima Domina, impetra mihi à filio tuo ve-  
ram cordis contritionem. Et fac ut spreis  
omnibus blanditijs & cupiditatibus, in Chri-  
sto

sto JESU, teq; benediãta ejus Matre, omnis  
mea fit voluptas, Amen.

*Die Sabbathi.*

**A**VE MARIA Mater misericordiar. Ave  
reparatrix gratiar & veniar: quis te non  
amet? quis te non honoret? quis se tibi nõ  
commendet? Tu es lux nostra in rebus du-  
bijs, in mæstis consolatio, in angustijs re-  
creatio in periculis & tentationibus fidele  
auxilium. Tu es post Deum unigenitum  
Filium tuum certa salus, & spes nostra.  
Beati qui te amant, & per sanctitatem vitæ  
familiares tibi fiunt, & devoti famuli. Bea-  
ti quos tu singulariter tibi commendatos ha-  
bes. O pientissima Mater, suscipe me in cli-  
entulum tuum. In benedictas manus tuas,  
& in sinum misericordiar tuar, animam &  
corpus meum cum filiali fiducia, nunc &  
in hora mortis meæ commendo: rege, do-  
ce, dirige, & defende me in omnibus se-  
cundum tuam voluntatem. Respice, ô Dõ-  
mina ad servi tui, licet indignissimi preces,  
respice ad omnes necessitates meas. Ad te  
ego, velut unicum asyllum meum confu-  
gio: sub pallio Maternæ protectionis tuæ  
absconde me. Noli me à te, Mater miseri-  
cordiar repellere; nam sine te vivere non  
potest anima mea, Amen. OFFI-

**O F F I C I U M**  
**I M M A C U L A T Æ C O N C E P T I O N I S**  
**B. V. M A R I Æ.**

*A D M A T U T I N U M.*

- V. **E**ia mea labia nunc annunciate,  
 R. Laudes & præconia Virginis Beatæ.  
 V. Domina in adiutorium meum intende,  
 R. Me de manu hostium potenter defende.  
 Gloria Patri, & Filio, &c.

**H Y M N U S.**

- S**alve mundi Domina, Cælorum Regina,  
 Salve Virgo Virginum, Stella matutinâ.  
 Salve plena gratiæ, Clara lux Divina,  
 Mundi in auxilium, Domina festina.  
 Ab æterno Dominus, Te præordinavit,  
 Matrem unigeniti, Verbi quo creavit.  
 Terrâ, pontum, æthera, Te pulchrâ ornavit,  
 Sibi Sponsam, in qua, Adam non peccavit.  
 V. *Elegit eam Deus, & prælegit eam,*  
 R. *In tabernaculo suo habitare fecit eam.*  
 V. *Domina exaudi orationem meam,*  
 R. *Et clamor meus ad te veniat.*

**O R A T I O.**

- S**ancta MARIA, Regina cælorum, Mater  
 Domini nostri JESU Christi, & mundi  
 Domina, quæ nullum derelinquis, & nullû  
 despicias:

despicias: respice me Domina clementer oculo tuæ pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectum Filium, cunctorum veniam peccatorum, ut qui nunc tuam sanctam Conceptionem devoto affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis bravium capiã, ipso quem Virgo peperisti donante Domino nostro JESU Christo. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in Trinitate perfecta Deus in sæcula sæculorũ, Am̃.

Ÿ. Domina exaudi orationem meam,

ß. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Benedicamus Domino, ß. De gratias.

Ÿ. Fidelium animæ per misericordiam Dei, requiescant in pacc. ß. Amen.

A D P R I M A M.

Ÿ. Domina in adjutorium meum intende,

ß. Me de manu hostiũ peteter defende.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S. &c.

H Y M N U S.

Salve Virgo sapiens, Domus Deo grata,  
 Columna septéplici, Mensaque exornata,  
 Ab omni contagio, Mundi præservata,  
 Ante sancta in utero, Parentis, quam nata.  
 Tu Mater viventium, Et porta es Sanctorũ,  
 Nova stella Jacob, Domina Angelorum.  
 Zabulo terribilis, Acies castrorum:  
 Portus & refugium, Sis Christianorum.

*Ipse creavit illam in Spiritu Sancto,  
Et effudit illam super omnia opera sua.  
Domina exaudi orationem meam,  
Et clamor meus ad te veniat.*

O R A T I O.

Sancta MARIA &c. *ut supra.*

A D T E R T I A M.

Y. Domina in adiutorium meum intende,  
B. Me de manu hostium potenter defende.  
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S. &c.

H Y M N U S.

SALVE Arca faderis, Thronus Salomonis,  
Sarcus pulcher atheris, Rubus visionis:  
Virga frondens germinis, Vellus Gedeonis,  
Porta clausa Numinis, Fauusque Samsonis.  
Decebat tam nobilem, Natum præcavere,  
Te ab Originali, Labe Matris Evæ,  
Almam, quam elegerat, Genitricem vere,  
Nulli profus sinens, Culpæ subiacere.

*Ego in altissimis habito,  
Et thronus meus in columna nubis.  
Domina exaudi orationem meam,  
Et clamor meus ad te veniat.*

O R A T I O.

Sancta MARIA &c. *ut supra.*

A D S E X T A M.

Y. Domina in adiutorium meum intende,  
B. Me de manu hostium potenter defende.  
Ee Gloria

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S. &c.

## H Y M N U S.

**S**Alve ô puerpera, Templum Trinitatis.  
 Angelorum gaudium, Cella puritatis.  
 Solamen marentium, Hortus voluptatis.  
 Palma patientæ, Cedrus Castitatis.  
 Terra es benedicta, Et Sacerdotalis.  
 Sancta & immunis, Culpæ originalis.  
 Civitas Altissimi, Porta Orientalis.  
 In te est omnis gratia, Virgo singularis.

*Sicut Liliū inter spinas,*

*Sic amica mea inter filias Adæ.*

*Domina exaudi orationem meam.*

*Et clamor meus ad te veniat.*

## O R A T I O.

Sancta MARIA &c. *ut supra*

## A D N O N A M.

ψ. Domina in adiutorium meum intende.  
 ρ. Me de manu hostium potenter defende.  
 Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S. &c.

## H Y M N U S.

**S**Alve Urbs refugij, Turrisque munita:  
 David propugnaculis, Armisq; insignita.  
 Tu in Conceptione, Charitate ignita.  
 Infernalis potestas, Est à te contrita.  
 Eia mulier fortis, Et invicta Judith:  
 Pulchra Abisai Virgo, Verū fovens David.  
 Rachel

Rachel procuratorem, Ægypti gestavit:  
sed Salvatorem mundi, MARIA portavit.

*Tu pulchra es amica mea,*

*Et macula originalis non est in te.*

*Domina exaudi orationem meam,*

*Et clamor meus ad te veniat.*

## O R A T I O,

Sancta MARIA &c. *ut supra.*

## A D V E S P E R A S.

Ps. Domina in adjutorium meum intende,  
R. Me de manu hostium potenter defende.  
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S. &c.

## H Y M N U S.

Salve Horologium, Quo retro trahatur:  
Sol in decem lineis, VERBUM incarnatur.

Homo, ut ab inferis, Ad summa tollatur:

Immensus ab Angelis, Paulo minoratur.

Solis hujus radijs, MARIA corruscat:

Et confurgens aurora, In conspectu micat.

Lilium inter spinas, Quæ serpentis terat.

Caput, pulchra ut Luna, Errantes collustrat.

*Ego feci in caelis, ut oriretur lumen indeficiens,*

*Et sicut nebula texi omnem terram.*

*Domina exaudi orationem meam.*

*Et clamor meus ad te veniat.*

## O R A T I O.

Sancta MARIA &c. *ut supra.*

## AD COMPLETORIUM.

Convertat nos Domina tujs precibus placatus  
 JESUS Christus Filius tuus,  
 Et avertat iram suam á nobis.

ŷ. Domina in adjutorium meum intende,

℞. Me de manu hostium potenter defende.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S. &c.

## HYMNUS.

Salve Virgo nobilis, Mater illibata:  
 Regina clementiæ, Stellis coronata.  
 Supra omnes Angelos, Pura Immaculata.  
 Atq; ad Regis dexteram, Stans veste in aurata.  
 Per te Mater gratiæ, Dulcis spes reorum:  
 Fulgens Stella maris, Portus naufragorum.  
 Patens cæli janua, Salus infirmorum:  
 Videamus Triadem, In aula Sanctorum. Am.

*Oleum effusum MARIA Nomen tuum,*

*Servi tui dilexerunt te nimis.*

*Domina exaudi orationem meam,*

*Et clamor meus ad te veniat.*

## ORATIO.

Sancta MARIA &c. *ut supra.*

## COMMENDATIO.

Supplices offerimus, Tibi, Virgo pia:  
 Has horas Canonicas, Fac nos ut in via.  
 Ducas cursu prospero, Et in agonia:  
 Præsens nobis assiste, O dulcis MARIA! Amē.  
 Deo grátias.

ANTI-

## ANTIPHONA.

**H**Æc est Virga, in qua, nec nodus origina-  
lis; nec cortex a tualis culpæ fuit.

*V.* In Conceptione tua, Virgo Immaculata  
fuiſti,

*R.* Ora pro nobis Patrē, cujus filiū peperisti.

## ORATIO.

**D**EUS, qui per Immaculatā Virginis Con-  
ceptionem, dignum Filio tuo habitacu-  
lum præparasti: quaſumus, ut qui ex morte  
ejuſdem Filij tui præviſa, eam ab omni labe  
præſervasti, nos quoq; mundos ejus inter-  
ceſſione, ad te pervenire concedas, Per  
eundem, &c.

ATTRIBUTA DIVINA GLORIA] DEI,

AD MATUTINUM.

*Ego Dominus, hoc eſt Nomen meum, & gloriam  
meam alteri non dabo, & laudem meam ſcul-  
ptilibus. Eſa. 42.*

**O** Benedictio increata: gloria infinita: De-  
licia: Æterne Deus, ſe ipſum ſolus capi-  
ens: ipſe ſibi ſolus ſufficienter perfectiſ-  
ſimus: à quo omnis gloria: Beatiffime: Glo-  
ria & merces Sanctorum: Regnum omnium  
ſæculorum: Honor totius Creaturæ: Digniſ-  
ſime & excellentiſſime: Qui luce gloriæ tuæ  
electis benedicis: In quo omnes per unitā  
communionem ſunt benedicti, O benedictio  
eſſen-

essentialis, & formalis per se in te; quia idē  
 es essentia Deitatis. Tu es speculum spon-  
 taneum visionis beatificæ. Ultima benedictio  
 sui ipsius & omnium; quia es supremum Bo-  
 num & perfectissimū. Et quis enarrabit Glo-  
 riam tuam Domine? cui habes hanc Glori-  
 am? certè non necessitate tui, qui per se in  
 omnibus es, fuisti, & eris sine minima au-  
 ctione in æternum perfectissimus; sed pro-  
 pter Communicationē ejus, singulariter Ho-  
 mini. Ergo, Laudetur Sanctissimum Nomen  
 tuum, nunc, & semper, & in sæcula sæculorū,  
 à me, & ab omni Creatura tua, quia his per se  
 dignus es. Honorem meum in manus tuas  
 recipe quorum sum opus. Non me tradas in  
 manus Inimicorum Corporis & Animæ meæ!  
 ne dicant ubi est Deus tuus, cui confidebas?  
 Post mortem, ex gratia & bonitate tua per  
 Passionem & in Nomine Filij tui Domini no-  
 stri JESU Christi: duc me in gloriam tuam.  
 O Domine! quā dilecta sunt tabernacula tua:  
 desiderat anima mea in atria Dōmus tuæ.  
 Ah! quando me introduces in Castum in-  
 exhaustum amorem tuum? quando me in  
 abyssum dilectionis tuæ intrare permittes?  
 ut omnibus omissis te solum habeam. O Do-  
 mus Dei mei! magna & magnifica nimis!  
 quando intrabo in te? O terra viventium!  
 quando

quando in ea vivam? O locus incomprehensibilis Dei! quando me comprehendes? ô abundantia Domus Dei! quando me inebriabis? o terra melle & lacte fluens! quando perveniam ad te? ô Templum Dei! quando te visitabo? ô cæna magna! quando ei adero? ô Fons Deliciarum! quando me potabis? ô Fons vitæ! quando me satiabis? ô gaudium supra omne gaudium! quando illud intrabo? ut videam Deum, Gloriam perfectissimam ejus. Ecce sicut Cervus ad fontem aquarum, sic anima mea ad Te desiderat, Amen.

PRINCIPIUM & FINIS.

AD VESPERAS.

*Ego sum Alpha & Omega Principium & Finis,  
dicit Dominus Apoc. 1,*

**O** Domine! quemadmodum tu es prima & suprema causa efficiens rerum omnium, ita pariter es ultimus finis earundem: ac præcipuè creaturæ rationalis. Unde oportet me longè à creaturis animo recedere, nullamq; in eis spem collocare; quia per multum me impediunt, quominus ad felicem illum, & ultimum meum finem perveniam, propter quem tu me creasti: qui es verum, & summum bonum meum. Uade nihil mihi magis curæ ac cordi esse debet, quam

quam ut conjungar, tibi visione, amore, gaudio; in qua unione consistit & meum summum bonum, & summa tui gloria. Quare omnes delectationes, & illecebras hujus vitæ, in comparatione hujus maximi boni, non nisi ut meras sordes & stercora arbitror. Et ex hoc momento temporis dirigo omnes meas cogitationes, opera, & desideria ad hunc finem; neq; fatigabor, aut desistam, donec ad eundem perveniam Verum, quia ex me ipso non sum idoneus ad tam magnum bonum; ad te, ô misericordissime Deus! recurro; ut per immensam bonitatem, qua creasti mundum, & factus es homo, & propter homines spontè te morti subdidisti, perque alia infinita beneficia mihi præstita; & per æternum beneplacitum tuum, quo me gratis, ad tam sublime fastigium gloriæ prædestinasti; noli occludere mihi fontem tam profusæ beneficentiæ: quamvis ego sim ingrattissimus & negligentissimus, dum tempus habeo operandi bonum: sed hoc ipsum potius tuam benignitatem incitet, ut tanto magis me adjuves, ac protegas, quanto ego sum infirmior. Recordare, obsecro, finis, ad quem me ab æterno destinasti, ne irritum sit in me Sanctissimum consilium ac desiderium tuum. Illumina mentem meam lumine

Sancti

Sancti Spiritus tui, quo directore, possim perfectè cognoscere vanitatem hujus mundi, & pericula, quæ in ipso latent, deprehendam. Ex altera verò parte intelligam quoq; magnitudinem, excellentiam, & vanitatem immensorum bonorum, quæ mihi in te ipso præparasti: pro quibus toto corde tibi gratias ago, & omni vanitati libens renuntio. Fac mihi Domine, ut mens mea aliud non cogitet, nec quicquam intellectui meo firmiter imprimatur, quam hic ultimus Finis: ut speris per omnia omnibus caducis, & temporalibus, me protinus elevem ad amandas res æternas, & hunc felicem & ultimum finem desiderandum. Nunquam deficiant mea bona desideria, nec cessent suspiria, vel gemitus pro illa felici Patria; neq; ego unquam cessem pugnare contra me ipsum, quemadmodum nunc statuo facere, donec perveniam ad hujus status metam, quando omnes Sancti requiescent, in te summo bono & ultimo fine per visionem & amorem & ineffabilem consolationem; cum pervenerint ad consumationem suæ intentionis, ac impletionem desiderij tam optati & expectati; nimirum ultimi finis, & summi boni: pro quo tam heroicè decertaverunt, usq; ad gloriosam victoriam, Amen.

Medi-

## Meditatio contra Acediam.

**P**lusquam felicissimus est hic Terminus noster,  
 bene hanc finire vitam. Et justum est cur Chri-  
 stianus timeat mortem, si christiane non vivit. O  
 quam stricte reddenda est ratio, vivendo merè se-  
 culariter! ô quam dolendum! tot omittere occasio-  
 nes ad salutem. Mori in odio cum Deo? ô tristis! ô  
 terribilis mors! O infelix momentum! quo finiantur  
 deliciae tuae temporales, aeternae incipiunt Passiones.  
 Vim patior, prob Dolor! vim patior! clamat anima  
 sibi & iudicio suo, quia de te agitur, de tuo da-  
 mno in aeternum, jam sine adiutorio. Parum ha-  
 bemus temporis, quodvis momentum potest esse ul-  
 timum vitae nostrae. Quò diutius viximus, eò pro-  
 ximiores sumus morti. Consulamus, mortem &  
 sufficiet nobis. Quò evenient magna Prosapia? Ti-  
 tuli? Honores? Dignitates? Sapientia? Fortitudo?  
 Divitiae? Deliciae? Illa pulchritudo? Formositas?  
 quid nobis in agone apparebunt? In vita hac exter-  
 na nos fallunt, circa mortem quilibet illa cognoscit  
 quid in se contineant. Quidquid in vita diligit  
 & putat esse aliquid, en moriens abhorret & a-  
 bominatur. Cui illorum potius est credendum vi-  
 venti, an morienti? ô Deus! qua a'ominatione Mū-  
 dus erit nobis in extremo agone? sed jam protunc  
 praepostera & vix sufficiens futura dispositio pro  
 illa aeternitate. Ergo nunc, quo vivimus, repudie-  
 mus pessimum Acediae vitium, & curramus ad  
 certissimum

certissimum & felicissimum vite nostrae centrum & finem, qui est ipse Deus. Non creavit nos alio fine, nisi propter se. Cor nostrum exclamat & loquitur ad nos, non sumus creati nisi propter Deum; difficile hoc negare, nisi simulando & blandiendo sibi, fallendoque seipsum. Si ultro ad Deum non festinabimus, libenter ut ejus proprii filij, tenebimur esse ejus mancipia contra voluntatem nostram. Omnino oportet, quatenus, aut ejus bonitati aut Iustitiae simus subjecti. Quid tibi eligis? quodlibet habet suum Centrum, suum finem, & juxta suam dirigatur naturam. Lapidem, etiam vi prope in altum, in terram rursus revertitur, quia Terra Centrum & ipsius est verus terminus, à quo ad quem. Tu quoque Homo à Deo & propter Deum es Creatus cum Anima tua immortalis; ad immortalem etiam Deum, tuum Centrum, & proprium Terminum cur non tendis? ô Deus! quam parum est curae laborisque nostri, quod sit propter te: Quid nobiscum in terra, si hoc unicum (Gloriam DEI) propter quod vivimus, non curamus? Repudiemus itaque Acediam, & sic curemus Divina, sicut Deus curat nostra. Laboremus eum ea alacritate pro salute nostra, sicut ipse nobis. Quidquid agit in mundo, pro perfectione Animarum nostrarum agit. Totum ejus desiderium Cordis, omnes curae & providentiae affectusque, quos amor ejus Divinus in se complectitur, regulantur in Sanctificationem animarum.

marum nostrarum. O quantus pudor tepida anima nostra! Decidat quis de Deo, videndo in Acedia frigidos actus virtutum nostrarum, diceret, quod sit indignus servitio, & quæ nobis preparavit diligentibus se, aliquid sit vile & indignum. Quid putandum de illo seculari Domino, cui servi negligenter morose, leniter serviunt? Quoties rem aliquam, quam ex nobis Deus requirit, leniter & negligenter agimus, confusionem ei facimus, & difamamus cum in servitio. O quæ infelicitas hujus hominis, qui actum Dei negligenter absolvit! minimum propter Deum actus, plus nobis est estimandus & preferendus omnibus servitijs Regum & Tyrannorum hujus mundi. Si multa etiam extrema curamus cum morte transitoria, quid nobis non sit plus agendum pro felici eternitate? Isti, qui Diabolo, Carni, & mundo serviunt, etiam sibi in omni occasione non parcunt: nihil ipsis est molesti; non querulantur. An his non est dignus Christus Dominus quibus homo? propter Diabolum hæc faciunt; ergo melior infernus quam Cælum? Ah mihi! abhinc Infernus Schola mihi erit. Diligere Deum sic, ut damnati sunt ei insens; sic ei servires sicut homines mundo & diabolo serviunt, an male? vel plus ultra? saltè, cum qua hilaritate curas pro mundo, si cura pro eo, qui eundem creavit mundum. S. August.

## O R A T I O.

**D**Eus, qui ex bona voluntate tuâ, nos indignos

gnos beneficiis tuis visitare consuevisti  
& ditare. Da nobis quæsumus ardorem Spi-  
ritus Sancti, ut cognita nequitia Acediæ si-  
mus prompti & alacres ad laudem & hono-  
rem tuum; & spretis mundi commoditatibus  
etiam si cum inestitia nostra, sed te adjuvan-  
te, immortales illas in cælis commoditates,  
quas nobis ex gratiâ tua præparasti mereamur.  
Per Dñm nostrum &c. Amen.

## MEDITATIO DIE SABBATHI.

DE B. MARIA. V.

## P U N C T U M I.

**C**onsidera, tam externam quam internam bene-  
dictæ illius Virginis pulchritudinem, de qua  
Sponsus. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea  
& macula non est in te, quidni pulchra sis? quæ  
genuit, speciosum forma præ filiis hominum?  
certe Sanctificavit tabernaculum suum altis-  
simus Psal. 4.

AFFECTUS. Et ego, ante tam illustre Christianæ  
perfectionis speculum non emundabo maculas animæ?  
o purissima Virgo! impetra ab hoc mihi gratiam.

## P U N C T U M II.

**C**onsidera prærogativas honoris, quibus illam e-  
xornat SS. Trinitas, Pater, ut Filiam amat; Fi-  
lius, ut Matrem honorat; Spiritus Sanctus ut Spon-  
sam amplectitur.

AFFECTUS. Quibus te laudibus efferam? ne  
scio. &c.

PUN-

**C**onsidera benignitatem & misericordiam hujus Mar-  
cis in omnes miseros, & quamvis infinites major  
sit Dei misericordia, hujus tamen infinita quoq; est ju-  
stitia, quam MARCIA nullatenus exerceat.

AFFECTUS. Salve Regina Mater Misericordiae &c.  
ACTUS GRATITUDNIS.

*In fine cujuslibet Septimane*

**Q**uid retribuam Tibi Domine, pro omnibus bene-  
ficiis tuis, mihi per hoc dies, & omnia momenta  
vitae meae praestitis? quid pro publicis & privatis bonis?  
Quid tibi dabo, pro conservacione ab omnibus malis,  
& regimine mei? Quid retribuam tibi pro omnibus  
actionibus bonis? verbis? cogitationibus? ex gratia tua  
mihi benigne concessis? qui nihil boni nec cogitare  
quidem possum, nisi permissu gratiae tuae. O Domine  
pro his omnibus, sis benedictus in aeternum. Quid ta-  
men pro his omnibus retribuam Tibi? ah! retribuam ma-  
lum pro bono, quia toties ausus sum te peccatis meis  
offendere. O utinam nunquam haec fecissem, nec ore,  
nec aliquo actu. O dilectissime Deus! ex puro, tantum  
modo erga te Amore; habeo in odio & detestor omnia  
peccata, insuper etiam venialia. Doleo pro omnibus,  
meis malis cogitationibus, quas haec septimana habui,  
vanas, otiosas, superbas, vagas in Oratione, impuras,  
cupidas, invidiosas, iracundas cum odio, vindicativas,  
suspiciosas cum temerario judicio, fraudulentas, hære-  
ticas, desperabundas, &c. Roydeo omnia verba ociosa,  
jejatoria, superba impudica, execratoria, blasphema  
detractoria, contumeliosa, mendacia, cum Juramento,  
ironica, fraudulenta, adulatoria, seuctoria. Detestor  
omnia opera otiosa, ad malum effectum inclinantia, in-  
ordinata, impura: quia neglexi ista NN. bona opera,  
pecuniam inutiliter &c. impendi: Orationes neglexi,

*is.* Dies festos, male impendi, jejunia violavi: super-  
 us sui in NN. avarus & durus in proximum vel pau-  
 erem: impudicus mecum vel cum aliis: intemperans  
 in cibo, potu &c. segnis in rebus Divinis. Injuriam fe-  
 ci, furatus sum N. Fraudes exercui: læsi in corpore,  
 & honore aliam. Inobediens fui, contumax: sedu-  
 i alios: scandalum dedi. NN. &c. Derector omnia  
 eccata totius mundi, singulariter hac Septimana com-  
 missa: & utinam tali affectu & voluntate, sicut tu de-  
 letaris illa: utinam sic doleam qualem tu à me vis ha-  
 bere.

Omnia peccata mea & totius mundi, immergo in a-  
 gyfso misericordie tue, immergo in vulneribus tuis,  
 sepono in balneum Sanguinis JESU Christi. In sup-  
 plementum Amoris & Laudis, quam tibi, ut tenebar,  
 non præstiti. Offero tibi Domine, & in novo omnia  
 merita lustorum, omnes devotiones, jejunia, omnes pæ-  
 nitentias, mortificationes. Omnia vota, honores, Lau-  
 des omnes Missas, & Martyria, offero tibi. Omnes  
 Angelici amoris ardores, omnes laudes Sanctorum ac-  
 ti meas proprias, do, dono, & offero tibi. Adhuc ad-  
 impleo, in satisfactionem imperfectionum mearum,  
 Sanguine Domini Nostri JESU Christi, meritis B. M.  
 V. & Omnium Sanctorum, perfecto Amore tui ipsius,  
 quo te comprehendis & tibi sufficis, Amen.

## O R A T I O.

*Quam JESUS ipse S. Gertrud: docuit post Devotionem  
 expediendam. Blos: Mon: c. 3.*

**O** Bone JESU, esto propitius mihi peccatori: ego  
 tepidum distractum & imperfectum servitium me-  
 um commendo dulcissimo cordi tuo, ad correctionem  
 & perfectionem tibi offero in unione ardentis illius O-  
 rationis, qua orasti ad Deum Patrem, & laudabas eum  
 in teris. Responde quæso, satisfac, & adde pro me suf-  
 ficienter.

ficienter. O Sanctissima Virgo, adimple hanc imperfectionem servitii mei, apud dilectissimum Filium tuum *Magnam te esse Matrem.*

O dilectissime JESU, eandem satisfactionem suscipere ex manibus Sanctissimæ Matris tuæ, & unitis ejus cultibus & omnium Sanctorum meritis, offer Deo Patri S. Genitricis, ora pro nobis, offer orationes meas quæ da JESU Christo, à quo hæc didicisti.

Sacrosanctæ ac individua Trinitati, Crucifixi Domini nostri JESU Christi Humanitati, Beatissimæ & gloriosissimæ, semperque Virginis MARIÆ sanctæ integritati, & Omnium Sanctorum universitati, sit æternæ Laus, honor, virtus & gloria ab omni Creatura, nobisque remissio omnium peccatorum, per infinita sæcula sæculorum, Amen.

*V.* Beate viscera MARIÆ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium.

*R.* Beata ubera, quæ lactaverunt Christum Dominum Patrem nostrum &c. *Ave Maria &c.*



re  
te  
te  
cu  
an  
C  
or  
e  
an  
le  
Li  
a  
erit  
muh



2

Biblioteka Jagiellońska



stdr0024501

